Aduerte tamen, si minister, qui ante se habet duas hostias, paret sūnicam habere, & intendat vnam consecrare nihil determinando, prædictè loquendo, validam futuram consecrationem, & molaliter loquendo vtramque futuram consecratam. ratio est, quod sacerdos communiter intendat consecrare quod habet in manibus, vel ante se in altari positus consecrabile, quia intentione est sufficiens ad valorem consecrationis; hæc autem non eliditur per particularē, quia vult vnam consecrare, quia particularis intentione procedens ex erro-

re & persuasione, quod tantum sit vna, est inefficax, cum qua consilium generalis absoluta & efficax, volo consecrare quidquid habet consecrabile, & quod tanquam consecrabile mihi proposui, vel a ministro est propositum. quod est diligenter notandum ad vitandos scrupulos, ne videlicet sacerdos sub tempus communionis aduentens plures fuisse hostias, velit rursum consecrare propter sacrificij perfectionem, putans huiusmodi hostias non esse consecratas: item ne minores hostias sibi datae à ministro proponat alteri consecrandas, tanquam à se non consecratas.

Idem videtur iudicandum de partibus vini, quæ non coniunguntur alijs tempore consecrationis.

Ita Suarez disp. 43. sect. 6. §. sed obiect. quoniam enim aliqui existimant has non esse consecratas, nisi intentione specialiter ad eas feratur, verisimilius tamen est etiam iuxta communem procedendis rationem consecrari, cum sacerdos communiter intendat saltem in confuso consecrare totum quod est in calice, quæ intentione sufficienter respicit guttulas alijs non cohærentes, quando nulla respectu earum intentione repugnans apponitur. & ita tenet varij. Dixi, in calice, quia de ijs quæ extra cupam calicis inueniuntur, aliter est iudicandum, cum ad has intentione sacerdotis non soleat se extenderet ut Maior quest. 1. citata responsio ne ad secundam dubitationem, Silvester verbo Eucharistia, 2. quest. 6. & alij.

Potes 1. an si proposito cumulo, in quo ordine disponantur hostia, velit aliquis primam consecrare, vel ultimam, vel medianam, consecratio sit futura valida?

Resp. affirmatiuè, quia obiectum est sufficienter sensibile etiam respectu consecrantis, & sufficienter præsens, atque per eius intentionem sufficienter determinatum, & ita respectu hostiarum hoc modo se habentium potest dici, *Hoc*, iuxta sensum verborum consecrationis. Idem dicendum si quis ex tali cumulo velit omnes pares consecrare, v. g. secundam, quartam, sextam &c. vel omnes impares primam, tertiam, quintam &c. Suarez suprà §. secundo colligunt; quoniam aliqui id negant, nam ratio allata etiam in his locum habet, quod feliciter tali modo per intentionem determinata sunt sufficienter sensibiles consecranti, eique præsentes, & per pronomen, *Hoc*, demonstrabiles.

Idem quoque videtur dicendum in eo casu quo aliquis habens panem, velit dimidiā eius partem quæ est à dextris consecrare, validam scilicet futuram consecrationem, quia & obiectum est sensibile & sufficienter præsens consecranti, & per eius intentionem sufficienter determinatum, ita ut per pronomen, *Hoc*, possit demonstrari.

Confir. communī hominum vnu designatā dimidiā parte panis pedalis dici potest, hoc est dimidiā pedis, est & quale isti parti, hoc est panis; ergo in ordine ad consecrationem sufficienter est determinatum. & ita sentit Maior dist. 11. quest. 2. §. secundo arguitur, & alij.

Aliqui contrarium sentientes dicunt Christum non ita fecisse.

Resp. id non refertur, pro quo

Notandum in facto Christi quedam inueniri quæ ad substantiam mysterij pertinent, ut quod panem, & vinum consecrari, hæc ita sunt necessaria, ut si quis ab exemplo Christi hac in parte recedat, nihil sit effecturus, idque constat ex Ecclesiæ determinatione. alia spectant ad quasdam

Particularis intentione procedens ex errore est inefficax.

Suarez.

Sacerdos communiter intendit consecrare totum quod est in calice.

Intentione sacerdotis non solet se extendere ad guttas extra cupam.

Maior.

Silu.

Quastio 1.

Volens co-

seccrare pri-

marum, vlu-

marum aliqui-

us cumuli,

validè co-

seccratur.

15.

Suarez.

Maior.

In facto Christi quedam ad mysterij substantiam pertinent, quædā nō.

circumstantias qua sunt extra mysterij substantia in quibus si quis præter Christi exemplum faciat, siue peccet siue non, non redditus inuidata consecratio, v. g. non propterea inuidatur consecratio quod ea fiat in pane fermentato, quod fiat manne, quod fiat a sacerdote stante, fiat in alia specie vini, quam Christus usurparit &c. cum ergo ex sensu Ecclesiæ non habeamus Christum ita consecrasse panem, ut voluerit totius consecrationem requiri ad substantiam consecrationis, & de cetero determinata per intentionem parte dimidia reperiamus ea omnia, quæ ex parte materiae sunt necessaria ad consecrationem, ut illa subiacet intentioni consecrantis, non videtur dubitandum quin consecratio ita facta valeat. qui tamen hoc modo & alijs precedentibus se gereret, grauiter peccaret, tum quia faceret contra viuieralem Ecclesiæ confuetudinem, quæ videtur grauiter obligare; tum quia videtur grauis irreuerentia modis tam peregrinis intentionem restringere & modificare; tum quia in ultimo casu pars consecrata non potest in fractione perficere separari à non consecrata.

Quæst. 2.

Petes 2. an si quis velit consecrare solum onines partes proportionales, sit futura valida consecratio? Quæstio non procedit in casu quo aliquis vult totum consecrare, quo casu omnes & singulas eius partes consecrare per modum viuus, qui modulus est visitatus, sed procedit in casu extraordinario, quo sacerdos velit consecrare huiusmodi partes per modum plurium.

Affirmat Maior dist. II. quæst. 2. secundo argumento, sed ex dictis patet consecrationem futuram inuidam, quia omnes partes proportionales, ut distinctæ latent humanam notitiam, nec possunt omnes demonstrari pronomine, Hoc omittit absurdam qua contra sententiam Maioris à quibusdam afferuntur.

Petes 3. an sit futura valida consecratio, si quis intendat consecrare solum eas partes, quæ fractionis speciebus mansura sunt in continuo, non verò eas, quæ excident?

Aliqui senserunt futuram validam; sed omnino dicendum illum modum non tantum continere graue sacrilegium, sed etiam irritare consecrationem; quia vel intelligitur consecratio futura perfecta specierum fractione, vel antequam frangantur, finita scilicet prolatione verborum. Prius dicimus non posse, patet ex generali doctrina Sacramentorum, quod scilicet Sacramentum perfici non possit eo tempore, quo forma perfecte desit esse, quod in praesenti potest confirmari, forma designat materiam sensibilem quando ipsa proficitur. Posterior etiam dici nequit, cum enim non possit humano & sensibili modo cognosci, quemam partes sint mansurae in continuo, quemam vero excisa, partes consecrabiles non possunt dici sensibili modo praesentes consecrantib; in ordine ad cognitionem, neque consecrants potest illas per pronomen, Hoc, demonstrare.

Nec refert quod Deus cognoscet, quanam sint mansurae, quia notitia Dei etiam certissima non reddit huiusmodi partes sensibili modo cognoscibilis consecrants, ita ut possit dici eas cognoscere vel posse cognoscere tanquam distinctas ab alijs, & proinde non redditur ab eo demonstrabiles per pronomen, Hoc.

Vnde etiam irrita erit consecratio, si quis intendat consecrare partes quas Deus nouit mansuras, quia consecrants non potest ita suam intentionem referre ad Dei notitiam vel voluntatem ut fiat consecratio, si non obstante illa notitia Dei, materia remaneat consecranti occulta, quemadmodum non valeret consecratio, si quis ex aliquo cumulo intenderet eas hostias consecrare quas alius vult consecrari, si voluntas alterius ante consecrationem ita eum lateat, ut hostiae, quas alius vult consecrari, consecranti remaneant incognitæ notitia sensibili, requiritur enim hoc casu, ut consecrants ante consecrationem norit alterius voluntatem, in quam suam dirigat intentionem, ut ex illa nota materia consecrabilis dici possit ei sensibilis per comparationem ad notitiam sensitivam.

Petes 4. an formulæ sint consecratae quando sacerdos simul cum materia principali habet plures præsentes, quas quidem antea voluerit consecrare, sed tamen in ipso consecrationis actu de his non cogitat?

Casus est quotidianus, in quo videri possit huiusmodi formulas non esse consecratas, cum ad valorem consecrationis requiratur falso virtutis intentio consecrandi, quæ respectu huiusmodi formularum non potest dici adesse.

Probatur, ut quis in praesenti negotio censetur habere virtuale intentionem consecrandi formulam, debet versari in actione exteriori derivata ex actuali intentione respectu talis obiecti, sed actione exteriori Sacri non procedit ex intentione actuali consecrandi secundarias formulas, sed ex intentione consecrandi principalem, cum eis sepositis poneretur actione exteriori Sacri.

Resp. huiusmodi formulas in casu proposito futuras consecratas tenent Silu. verbo Eucharistia, secundo, quæst. 6. Maior quæst. citata respone ad quæstionem dubitacionem Nau. cap. 25. num. 91. Suarez disp. citata lect. 6. §. sed obiecto Henriquez lib. 1. de Eucharistia cap. 14. num. 5. Sa verbo Missal. num. 29. qua sententia in præcepta & secura, nam sacerdotes etiam docti & timorati, qui antea voluerant huiusmodi formulas consecrare quas cum principali obtulerint in oblatione verbali, si ex naturali inaduentientia tempore consecrationis nihil de ijs cogitent, sine illo scrupulo distribuunt communicaturis. Ratio est quod respectu illarum inveniuntur virtualis intentione consecrandi, nam quæcumque actione exterior procedat principaliter ex intentione principalem hostiam consecrandi pro Missa sacrificio, tamen minùs principaliter in his circumstantiis etiam procedit ex intentione consecrandi adiunctas formulas, ex quibus patet responsio ad obiectum contrarium.

Sed difficultas est de sequenti casu, contingit aliquando sacerdoti existenti in altari afferri a ministro formulas consecrandas, & ponni quidem super altare, sed extra corporale, ibique relinquenda sacerdoti id aduentere difficultas, inquam, est, num eo casu sint consecratae non videntur consecratae, quia sacerdos non videtur habere intentionem consecrandi eas extra corporale positas, cum id absque peccato facere non possit, non etiam presumendum velle peccare.

Resp. moraliter loquendo censendas consecrassæ sacerdos enim, qui inter celebrandum aduerbit reponi formulam unam, vel plures, ut eas simili cum principali consecret, habet voluntatem consecrandi, decernens tamen prius eas decenter collocare super corporale, ita ut respectu illarum formularum non tantum habeat actum, qui explicatur.

Notitia
Prae non facit
partes sensibili modo cognoscibilis
consecrants.

Corollar.

tur per: volam consecrare, & sit solum voluntas volendi, sed habet eum qui explicatur per: volo, & est presens voluntas consecrationis future, ex qua voluntate etiam in futurum procedit in Sacro, nec cliditur ea voluntas ex eo quod ex naturali inaduentia non reponetur super corporale huiusmodi formulas ante consecrationem; vnde communiter excusat à peccato, eò quod inculpatè omittat formulas ante consecrationem super corporale reponere, & verè consecrat, quia non obstante naturali inaduentia eius quod facere debuerat, materialis intentio has formulas consecrandi.

ARTICVLVS III.

Vtrum requiratur ad materiam huius Sacramenti, quod sit panis triticeus?

POSt QVAM D. Th. ostendit panem esse huius Sacramenti materiam, aggrexit explicare naturam & qualitatem panis qui ad valorem consecrationis est necessarius.

Conclusio autem est affirmativa.

Notandum 1. esse extra controverson apud Doctores panē cōfēctū ex leguminibus, vt fabis, pīsis &c. non esse materiam aptam consecrationis, similiter cōfēctū ex fructibus arborum vt castaneis, amygdalis &c. item ex radicibus herbarum.

Notandum 2. Gabrielē lect. 35, in canonē missā, Lit. G. existimat panē cōfēctū ex quoīus genere frumenti vt ex hordeo, avenā &c. esse sufficiētē materiam consecrationis, frumentū verē vſu Scriptorū comprehendit omne granum, seu semen quod habet cultūm & aristas: in quaī sententia videri potest propendere Alanus lib. i. de Eucharistia cap. 11.

Probari autē potest 1. panis ex quoīumque frumento cōfēctū est eiūdēm speciei. 2. nī dicatur materia ex qua hoc Sacramentum confici potest, esse ipsum genus frumenti, materia erit incertissima, cum species quaē requiritur, possit argē determinari. 3. Christus videtur assumptus in materia, ex qua hoc Sacramentum confici debet, panē, qui apud omnes possit facilē reperiri, qualis est panis, qui ex quoīus frumenti specie potest confici.

Verū sententia S. Th. est, communis aliorum Doctorum, quaē etiam traditur in Concil. Flor. decreto de Sacramentis, vbi dicitur: *Tertium est Eucharistia Sacramentum, cuius materia panis triticeus.* ex quo constat ita requiri triticeum, vt si sit cōfēctū ex alijs granis, cōfēratio sit futura inutila, quāmvis enim Alanus suprā dubitet num Concilium velit tradere materiam necessariam, necessitate Sacramenti, an solum necessariam necessitate praecepti, non potest tamen merito dubitari, cū Cōcilium eodem modo loquatur de panē triticeo pro consecratione corporis Christi, quo loquitur de vino vītis, quod est materia consecrationis calicis, quod confat esse necessarium necessitate Sacramenti, accedit quod Concilium tradat materias Sacramentorum per modum. Ritualis, explicans eas, sine quibus Sacramentum confici nequeat, nī ex adiuncto aliud colligatur, quod in præsenti non accidit. aque ita post Flor. communiter tradūt Doctores.

Congruentia est quod solus panis triticeus sit vīialis communiter; nam alterius solum est vīsus proper defectum tritici. 2. quod panis triticeus sit agellimus ad hominem roborandum; ergo apte allumptus est ad designādum robur, quod per Eu- charistia Sacramentum conferunt animæ. accedit

quod plerisque Scriptura locis, quibus hoc Sacramentum fuit adumbratum, sub nomine frumenti, per frumentum passim intelligatur triticum. Psal. 80. cibauit illos ex adipe frumenti. Zacharia 9. quād enim bonum eius, & quod pulchrum cius, nisi frumentum electorum in quem locum Hieronymus ait: frumentum electorum nos intelligimus Dominum Salvatorem, qui loquitur in Evangelio, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit & de hoc tritico efficiatur ille panis, qui de celo descendit.

Ex quo sequitur contra Gabrielem hoc Sacramentum non posse cōfīcī ex pane hordeaceo, quamvis de eo dubitet Alanus suprā, item ex pane cōfecto ex atena, millo, oryza, & similibus, que cōstat non esse triticum, idem dicendum de alijs granis quaē in varijs regionibus nascuntur, & passim à peritis ē in re, certō dicuntur non esse triticum, quod periti ex varijs possunt iudicare.

Ad argumenta pro sententia Gabrieli allata, respondetur ad primū satis constare ex varijs effēctibus inter se valde dissimilibus, hordeum & triticum specie differre. addē, quidquid sit de questione physica, panem ex hordeo, avenā, &c. cōfēctū, non esse vīsualē & hominibus accommodatum, sed assumi in defectum triticei; ex vīsu autem Ecclesiae etiam ante Flor. videtur constare Christum vōluisse assumi pro materia cōfēratio- nis panem cōmuni hominum vīsi accōmodatum.

Ad secundum Resp. materiā huius Sacramenti non futuram adeo incertam, licet non quāuis species frumenti possit assūmi, quia inter homines satis potest constare de quibūdam granis quod veram & indubitatam rationē tritici participēt, & proinde quod indubitatē cōfēratio in illis perfici possit, si de quibūdam controvērtatur, non obstat certitudini materiae in ordine ad praxim, quia de alijs granis habetur certitudo, cāq; facile possunt haberi, vt conficiatur panis, materia ex qua huius Sacramenti.

Ad tertium Resp. quamvis triticum in quibūdam partibus non crescat, facile tamen potest aportari, neque haec tenus in vīla regiōne defuit sufficiens ad consecrationem, vnde ex eo capite non est quod Christus videatur non restrinxisse materiam consecrationis ad triticum propriē diētū.

Dices varia Concilia tradentia materiā ex qua obiectio huius Sacramenti solum assignant panē, vel panem ex Concl. ex frumento, videri potest cap. Firmiter de summa Trinitate, cap. cū Martha, de celebrazione missarum, Concil. Carthaginense 3. cap. 24. & alia.

Resp. 1. satis constare ex Flor. non quodvis frumenti genus sufficere, sed requiri triticum.

Resp. 2. Concilia & Pontifices intelligi de eo genere frumenti, quod passim in Ecclesia viūrpatur pro materia panis, ex quo hoc Sacramentum solet confici, noluerunt enim per frumentum intelligere id cuius in Ecclesia nullus vīquam fuerat vīsus, & quod communiter negatur esse conuenientem materiam huius Sacramenti.

Ex dictis sequitur omnē panem verē triticeum esse materiam aptam consecrationi, sive triticum sive species infima, sive subalterna.

De quibūdam tamen inter Doctores aliqua est controvērsia, vnde

Petitur 1. an panis silagineus sit materia apta consecrationis.

Notandum silaginem duobus modis accipi; uno, prout significat selectum genus tritici, altero prout nunc communiter sumitur, estque minūs præstans, quam triticum, vt communiter sumitur.

psal. 80.
Zach. 9.

Corollaria.

Satisfactio
argumentis
pro sententia
Gabrieli
allatis.

Obiectio
ex Concl.
Cap. Firmi-
ter.
Cap. Cū
Martha.
Resp.

Corollaria.

22.

Silago du-
pliciter ac-
cipitur.

De

D. Thom.

Siligo est
triticum so-
lis accidenti-
bus ab alio
differens.

23.

Far est de-
licatissima
species tri-
tici.

Spelta vi-
detur parti-
cipare na-
turam tri-
tici.
In praxi tam-
en non vi-
detur per-
mittenda
consecratio
in ea.

24.

Ad valorē
debet esse
panis ex fa-
rina uni-
cea, & aqua
naturali co-
ficitus &
igne coctus.
Corollaria.

De priori genere filiginis nullus meritò potest du-
bitare quin sit materia consecrationis. De poste-
riori negant varijs; affirmant plures cum D. Th.
hic ad 2. qui, vt patet ex eius discurso, loquitur de
secundo genere filiginis. Ratio est quod siligo sit
verè triticum solis accidentibus ab alio differens
propter soli siccitatem, nam diuersitas inter fili-
ginea & triticum vulgo dictum non est tanta in fi-
gura, proprietatis, & virtute, vt mutet speciem,
vel saltem proximum genus, atque adeò tollat ve-
ram tritici rationem.

Petitur 2. vtrum far sit materia consecrabili.
Negat S. Th. responsione ad 2. Vasquez disput.
170. cap. 3. nu. 19. & plures alij. inclinat Vist. disput.
55. Afirmant plures alij. Palud. dist. 11. quæst. 1. art.
4. conclus. 3. Sotus dist. 9. quæst. 1. art. 3. Henriquez
lib. 8. cap. 9. num. 1. Alamus suprà. Estius dist. 8. §. 6.
versu, eadem porrò ratio, quæ sententia est longè pro-
babilior, & nisi authores alterius sententia alter
illud nomen accipiant, quām communiter summa-
tur, non videtur posse subesse illa dubitatio, cùm
far sit delicatissima species tritici.

Petitur 3. vtrum spelta sit materia consecrabili,
seu panis ex spelta consecratur?
Negat S. Th. suprà. Vasquez & alij. inclinat
Vist. suprà. Afirmant Palud. suprà. Caet. hic. So-
tus art. citato §. Spelta verò, Alanus, Henriquez,
Estius locis citatis & plures alij, quæ sententia spe-
culatiuè est probabilis, quia spelta videtur natu-
ram tritici participare, & odore, sapore, & efficacia
parum differt à tritico prout vulgo sumitur. Dixi
speculatiuè quia practicè non videtur vlo modo
permittendum vt consecratio fiat in huiusmodi
pane, cùm enim varij sentiant non esse materiam
aptam consecrationis, consecratio meritò deberet
censi dubia.

Aduerte 1. ex D. Th. ad 3. si granis tritici alia ita
permisceantur, vt hæc præualeant, vel penè æquent
grana tritici, panem inde confectū non esse aptam
materiam consecrationis, secus si notabiliter præ-
ualeant grana tritici. D. Th. passim consentiunt
alij; ratio est quod priori casu panis non possit di-
ci triticeus, posteriori verò possit. diligentia tamen
est adhibenda vt quantum fieri potest purum tri-
ticum accipiatu pro pane consecrando.

Aduerte 2. ex solutione ad 4. panem idoneum
consecrationi non debet esse corruptum, sed de-
bere naturam panis retinere: si enim corruptio tāta
sit vt species panis solvatur, quod cognosci poter-
it ex sapore, colore & alijs, nullo modo est mate-
ria consecrabili: si non sit tanta corruptio, poterit
quidem validè consecrari, consecrans tamen gra-
uiter peccabit propter irreuerētiā in Sacra-
mentum commissam, quemadmodum & grauiter pec-
cat, qui consecrat dubiam materiam.

Aduerte 3. præter naturam granorum, requiri-
etiam modum, cùm ergo panis visualis debeat fieri
ex aqua naturali & calore ignis coqui, ad volorem
consecrationis requirunt ut sit panis ex farina tri-
ticea & aqua naturali confectus & igne coctus, vt
communiter Doctores cum S. Th. art. 7. ad 3.

Hinc massa cruda, item elixa, frixa non est ma-
teria consecrationis, similiter liba, placenta, panis
ex aqua rosacea confectus. ita D. Th. suprà & alij.
licet de ultimo contrarium sentiat Caet. in di-
ctum art. 7. & Sa verbo missum. 4. ratio est quod
talies panis non sit visualis. vnde nec erit consecra-
bilis panis in cuius confectione apponuntur oua,
butiū, aroma, succi herbarum, vinum, si vide-
licet haec apponantur in notabili quantitate: si

enim parum aquæ rosacea vel butiri apponatur,
non irritatur consecratio, quamvis sit illicitum
materiæ destinatae confectioni huius Sacramenti
hæc apponere.

Dices massa cruda & panis non differunt spe-
cie; ergo.

Repf. quidquid sit de antecedente neg. conse-
quentiam, quia vt materia sit vel non sit consecra-
bilis, non tam est spectanda differentia physica,
quam moralis & in ordine ad communem vnum;
cùm ergo materia huius Sacramenti sit verus panis
& visualis, quæ ratio seu conditio non conuenit
massæ cruda, elixa, placenta, non sequitur ex his
corpus Christi posse confici, eo quod panis sit ma-
teria apta consecrationis.

Peculiaris difficultas est de amydo. Palud. supra
conclus. 5. affirmat esse materiam consecrationis
similiter Caet. hic in fine, Henriquez suprà. Sotus
art. citato 2. propositione de hac re, licet dubitan-
ter. Negat D. Th. hic ad 4. & cum eo communiter
Theologi, quæ sententia est omnino verior, pro
cuius intelligentia:

Nostrandum amydom fieri expressione medulla
ex ipso tritico madido, quæ postea exsiccata verti-
tur in farinam, ex qua fit panis: vnde patet longè
alter mutari triticum, quām cùm ex eo fit farina
ex qua fit panis, neque ea confeccio tendit ad pa-
nem visualē confiendum; ergo consecratio fieri
nequit in amydo concocto.

ARTICVLVS IV.

Vtrum hoc Sacramentum debeat confi-
ex pane azymo?

P RIMA conclusio. non est de necessitate Sa-
cramenti quod panis sit azymus vel fer-
mentatus, quia vtrouis modo fiat panis, veram ratio-
nem panis potest retinere.

Secunda conclusio. conueniens est vt ea in re
vnuquisque sacerdos seruet ritum seu consuetu-
dinem sua Ecclesiæ vbi

Notandum hoc loquendi forma S. Th. non tan-
tum significare, quid sit decentius, sed velle explicare
quid ex necessitate precepti fieri debeat. nam
in corpore dicit, vnde scut peccaret Presbyter in
Ecclæsia Latinorum celebrans in pane fermentato,
ita peccaret Presbyter Græcus in Ecclæsia Græco-
rum celebrans in pane azymo, quasi perueriens
Ecclæsia sua ritum.

DV BIVM I.

De pane necessario necessitate Sacramenti?

P ETITVR, an is necessariò debeat esse azymus, an verò fermentatus? quia in revarij erro-
res innueniuntur.

Primus est Græcorum qui ante annos sexcen-
tos censem panem fermentatum ita esse necel-
lrium, vt consecratio tentata in azymo sit irri-
tata, quo errore videri potest Leo 9. epist. ad Michaelum Patriarcham Constantinopolitanum cap. 5.

Secundus error est quod panis azymus sit de ne-
cessitate Sacramenti respectu Latinorum, fer-
mentatus verò respectu Græcorum, ita vt consecratio sit
nulla, si Latinus tentet consecrare fermentatum, vel
Græcus azymu, tenet Glossa in cap. Literas de cele-
bratione missari, pro quo citat quemda Hugon.

Tertius

27.

Græcos &

quid suos

celebrant

in azymo

peccare.

V. 111.

Primus

Græcorum

Secondus

error.

D.

Lat.

vull.

fer-

illia-

fer-

tua-

Tertius error est panem azymum esse materiam necessariam huius Sacramenti respectu omnium, qui error tribuitur Armenis. contra hos errores Statuitur conclusio catholica, quod materia sufficiens ex qua hoc Sacramentum validè potest confici, sit omnis verus panis, sive sit azymus, sive fermentatus, definitur in Conc. Flor. in decreto fidei, vbi dicitur: *Item scilicet definitimus in azymo sive fermentato pane tritico corpus Christi veraciter consu-*

eritatem veritas patet ex epist. citata Leonis 9. vbi sententiam Græcorum vocat hereticam, patet 2. ex communis sensu totius Ecclesiæ Latinae, contra quam sentire non licet, vt patet ex c. ad abolendâ, de hereticis. Ratio est quam assignat D. Th. quod videlicet panis triticus tam fermentatus, quam azymus, sit verè panis, & quidem satis. de fermentato res est clara, de azymo patet eò quod Iudei totâ Paschali festinitate deberent vesci azymo, vt patet ex cap. 12. Exodi & alibi: quanvis ergo panis solet fermentari, quando magna quantitate est sumendum, nihilominus azymus etiam est satis.

Ex quo patet Latinum in Ecclesia Latina validè consecrare in fermentato; nam materia consecrationis sufficiens talis est respectu omnis loci & omnis sacerdotis.

D V B I V M II.

De pane necessario ex precepto pro consecratione.

P LVRES sunt in hac questione sententia. Prima est vnuinquemque sacerdoti sive Græcum, sive Latinum debere ex necessitate præcepti vii azymo, ita vt Græci vntentes fermentato grauiter peccant. tenet Scotus dist. II. queſt. 6. in fine Gab. lectio 34. in can. missæ littera G, in fine, & alij.

Secunda est Latinos quidem teneri ex præcepto vii pane azymo, Græcis tamen esse liberi vti azymo, vel fermentato: pro qua citatur Pal. dist. II. citoſtat queſt. 1. art. 4. concl. 6. sed licet verbis id videatur docere, re tamen sentit cum Scoto.

Tertia sententia est hereticorum nostri temporis qui censem panem fermentatum esse aptiorem materiam consecrationis, quam azymum, Cal. lib. 4. institutionum cap. 17. §. 43.

Sed certum est non posse sacerdotem pro arbitrio vnuis pane vti, sed vnuinquemque teneri in conformitate consuetudini suæ Ecclesiæ, ita statuit in Conc. Flor. loco citato, vbi dicitur, *sacerdos in altero ipsum Domini corpus consolare debeat,* vnuinquemque scilicet iuxta suæ Ecclesiæ, sive occidentalis, sive orientalis consuetudinem. vnde Latinus in Ecclesia Latina consecratur in fermentato grauiter peccat, nam vt predicto loco indicat Eugenius 4. illa consuetudo debet seruari, id est, ex obligatione seruanda est; cum autem materia sit grauis, grauissima est obligatio, quod Confir. ex grani pœnâ, quæ cap. litteras, de celebratione missarum decernitur in eum, qui consecraverat in fermentato. similiter Græcus Ecclesia Græca obligatur consecrare in fermentato, & secundus faciens grauiter peccat, ita D. Th. & Caier. hic, & plures alij, quia Ecclesia Latina approbat ritum Ecclesiæ Græcae, eumque vult seruari à Græcis inter suos agentibus.

Et quanvis doctrina Græcorum, quâ iudicant fermentatum necessitate Sacramenti adhibendum

esse, falsa sit & heretica, & vt talis reprobata ab Ecclesia Romana, ipsa tamen praxis consecrandi in fermentato non damnatur ab Ecclesia Latina, sed potius approbatur vt honesta, quatenus non proueni ex errore. Græcus ergo tenetur hunc ritum seruare, quanvis non prout oritur ex errore posteriorum sacerdorum.

Dices Ecclesia Latina consecrans in azymo videretur Iudaizare.

Resp. neg. assumptum, quia non vtitur pane azymo eo ritu quo vtebantur Iudei, neque ex vi & præcepto legis antiquæ, ceterum Ecclesia nō prohibetur usurpare aliquam, quæ erant in usu in antiquo testamento, si iudicat illa suo fini conuenientem, nulla ergo ratione ostendi potest quod non licet Ecclesia Latina vi pane azymo, quod à temporibus Apostolorum fuisse in Ecclesiâ usurpatum docet Leo 9. epist. citata.

Ex quo redargui potest impudens mendacium Caluini afferentis vñque ad Alexandrum Ecclesiæ fam fuisse fermentato, illū vero, vt novo spectaculo admirationem excitaret, introduxisse azymum, quod ex dictis constat esse falsum: siquidē Leo 9. fuit ante Alexandrum 2. & Apostoli ante Alexandru 1.

Adde, quod licet Ecclesia Græca non desint congruentia sui ritus, quod videlicet per panem fermentatum aptè videatur designari natura diuina delitescens in humana: Ecclesia tamen Latina habeat sui ritus aptas congruentias, immo magis elegantes. Prima est, quod per panem azymum denotetur puritas carnis Christi abique peccato ex immaculata Virgine concepti. Secunda, quod idem panis optimè denotet, quā puritate sit accedendū ad hoc Sacramentum. Tertiā quod cōueniat huic mysterio, vt in eo adhibeatur quod est purissimum in suo genere, panis autē azymus longè purior est fermentato, & magis immunis à corruptione. Adde quod Ecclesia Latina vtratur azymo ad imitationē Christi Domini, de quo dubio sequenti. plures cōgruentias videat licet apud Gabrielem lect. 34. littera G.

Potes an Latinus agens inter Græcos possit celebrare in azymo, vel Græcus agens inter Latinos possit celebrare in fermentato?

Resp. distinguendo: vel enim tales agunt, tanquam incolæ loci, in quo degunt, vel tanquam peregrini: item vel habent in eo loco Ecclesiæ gentis & ritus sui, vel non habent.

Dico 1. Græcus qui tanquam incola versatur inter Latinos non habens Ecclesiæ propriam ritus Græcanici, tenetur consecrare in azymo, quia talis est verè sacerdos Ecclesiæ Latinae ratione domiciliij, unde tenetur celebrare iuxta ritum Ecclesiæ Latinae. idem proportione dicendum de Latino habet ratione inter Græcos agente, quod videlicet teneatur celebrare in fermentato.

Dico 2. si Græcus qui versatur tanquam incola inter Latinos, versetur in Ecclesia vel monasterio ritus Græcanici, non potest consecrare in azymo, sed debet in fermentato iuxta ritum Ecclesiæ Græcae, quia eo casu censemtur esse in Ecclesia Græca, idem proportione dicendum de Latino quoad azymum. pro quo

Notandum in territorio Latino versati aliquos Græcos per modum congregationis religiosæ, vel aliter habere Ecclesiæ propriam: similiter inter Græcos interdum agere Latinos habentes propriam Ecclesiæ, atque adeo in alieno solo conflare vñ corpus moribus & ritibus distinctum ab alijs, qui buscum cohabitent, hi non possunt in celebratione missæ conformare se externis, inter quos degunt,

Ecclesiæ non
prohibetur
usurpare
quædam, que
usurpabat
verus testa-
mentum.

Leo 9.

Redargui-
tur Calu-
nius.

Congru-
tia panis
azymi.

30.
Difficultas.

Græcus in-
ter Latinos
incola, nec
habet Ec-
clesiæ pro-
priæ, conse-
crare debet
in azymo.

Secus si ha-
beat Eccl-
esiæ titus
Græcanici.

Eadem est
ratio de
Latinis.

Qui more
peregrino-
rū versan-
tur inter
alios, pos-
sunt serua-
re suum
morem.

31.
Difficultas
de ritu ser-
uando.

Non tamē
tenetur ce-
lebrare fe-
cundum ri-
tum suū
Ecclesiae.
Explicatur
Eugenius
4.

Obiectio
ex Leon. 9.

Resp.

32.

Christum
consecrare
in fer-
mento suade-
tur.
Primi.

Secundū
Ioan. 13.

sed consuetudini sua Ecclesia, id est Latinus Latinus, Græcus Græca, quia consentur ad illas Ecclesiæ pertinere, & consentur esse in sua Ecclesia.

Dico 3. qui more peregrinorum versantur inter alios, possunt morem suum seruare in celebrando. v.g. Latinus per Graciā trānsiens potest consecrare in azymo, & Græcus transiens per Ecclesiā Latinā potest consecrare in fermentato, quia consuetudo ita est introducta etiā Romæ sciente & probante sumō Pontifice, ut Græcus transiens per Ecclesiæ Latinas possit celebrare more suā Ecclesiæ.

Sed difficultas est num tenetur celebrare iuxta morem suā Ecclesiæ? Affirmat Vasq. disp. 174. c. 3. num 28. quia iuxta decretum Eugenij 4. vniquisque sacerdos debet confidere secundū ritū suū Ecclesiæ, dum autē peregrinatur dicitur illius Ecclesiæ, à quā peregrinatur, sed verius est quod dicunt alij, scilicet eo casu posse sese conformare consuetudini eorum, apud quos versatur non habens Ecclesiæ propriam. ad decretum Eugenij.

Resp. illud intelligendum de sacerdotibus in sua Ecclesia residentibus, non verò de casu, quo aliquis abest à propriā Ecclesiæ.

Contra secundū dictū potest objici, quod Græci per modum congregationis commorantes inter Latinos, & inter eos habentes Ecclesiā, nō tencantur iuxta ritum suū Ecclesiæ celebrare. nam Leo 9. epist. citata, cap. 29. monens vt vnuquisque secundū consuetudinem sua regionis permittatur agere, etiam dum alibi versatur, satis indicat posse alteri fieri.

Reip. neg. assumptū, quia sermo Pontificis non

dirigitur ad sacerdotes monēdo eos quod possint sequi suę regionis morē in celebratione Sacri, sed dirigitur ad Patriarcham Constantinopolitanum,

quem reprehendit quod vexaret Latinos sibi non

consentientes in ritibus Sacri, dicens Græcos, qui

versantur in Ecclesia Latina permitti agere iuxta

morem gentis suā, atque adeò Latinis debere per-

mitti in Gracia celebrare iuxta ritum Ecclesiæ La-

tinæ, nihil in alterutram partem decernens num

Græcus in Ecclesia Latina, & Latinus in Græca ad id obligetur, necne : quam obligationem col-

legimus suprà ex alio principio.

D V B I V M III.

Vtrum Christus consecrari in azymo?

P RÆCIPVM argumentum Græcorum ad probandum materiam legitimam, ex quā corpus Christi potest confici, esse panem fermentatum, sumitur ex facto Christi. nam, vt patet ex epist. Leonis 9. aliquoties citata, ante schismā Græcorū cùm eorum Ecclesia vteretur pane fermentato, Latinā vtente azymo, quando schismā facere coepissent, adeò improbarunt ritum Ecclesia Latina, vt affererent illū repugnare diuinæ institutioni, eò quod Christus consecraret in fermentato. videri potest Euthymius cap. 63. in Matth. & Nicephorus lib. 1. historia c. 28. Porro Christū consecrare in fermentato videtur probari ex eo quod non celebrari hoc mysteriū luna 14. ad vesperam, sed 13. id est pridie diei lege prescripti ad Pascha celebrādū. quod ostendit 1. ex eo quod Matthæus, & Marcus narrant in concilio Iudaorum decretum fuisse, ne Christus comprehendetur in die festo, ne forte tumultus fieret in populo, qui frequentissimus ad solemnitatem Paschalem solebat conuenire. 2. ex eo quod Ioan. 13. dicatur: ante diem festum Pasche siens Iesu, quia venit hora eius, vt transeat ex hac mundo ad Patrem &c. & cana facta, cùm diabolus iam ma-

sset in cor, vt tradiceret ē Indias Simoris Icaribes &c. 3. ex eo quod apud eundem Evangelistam c. 18. dicatur, siſt autem non introierunt in Prætorium vt non cōtraminerentur, sed vt comederent Pascha. 4. ex eo quod cap. 19. dicatur: erat autem parœcœ Pascha; & infra, Inda ergo, quoniam parœcœ erat.

Sed antequam ad rem veniamus Notandum 1. Græcos ex facto Christi non posse sufficienter intentum probare. non enim sequitur: Christus cōsecurauit in fermentato, ergo repugnat diuina institutione consecrare in azymo. nam quemadmo- dum afferunt Christum cōsecurationem panis per- fecisse in fermentato, ita constat pro cōsecuratione calicis assumptissime vinum certi generis, & tamen non repugnat diuina institutione sumere quodlibet viuum pro consecratione calicis: quamvis ergo concederetur Christum consecrare in fermentato, nullo tamen modo inde præcisè concludi posset consecrationē in azymo repugnare diuina institutione, quia ex nullo Concilio generali vel traditione Ecclesiæ potest ostendī quod Christus suo facto ita assumpserit panis sub certo statu pro materia consecrationis, & confectionis corporis, vt sub nullo alio statu esset consecrabilis, vt ostendimus de vino. 2. Ex epist. citat Leonis 9. constat Ecclæsiā à temporibus Apostolorum vñis fuisse azymis pro materia consecrationis, & eum ritum acceptum ab Apostolis, non potest autem sine maxima temeritate affiri statim à temporibus Apostolorum sumptam fuisse indebitam materiam pro confectione corporis Christi, id enim grauissimum errorem contineret in Ecclesiæ. Confir. non potest affiri Apostolos recessisse à facto Christi in eo quod pertinet ad substantiā materię consecrabilis, ergo etiam si cōcederetur Christum consecrare in fermentato, tamen ex facto & modo procedendi Apostolorū & primitiū Ecclesiæ debēremus colligere eum non ita sumptissime panem fermentatum, vt ille solus esset materia legitima. 3. non sola Ecclesiæ Latina, sed & Græca initio videtur cōsecre- se in azymo: nam Epiphanius hæresi 30. disputans contra Ebionitas ante medium, de illis ait: mysteria autem faciunt ad imitationem sanctōrum in Ecclesiæ ab anno in annum per azymos, hoc est non fermentatos panes, & alteram mysteriū partem per aquam solam. 4. etiam si loī effet antiqua consuetudo Ecclesiæ Latina, ea deberet Græcis sufficere ad non afferendum diuine institutione repugnare, præsertim cùm eum morē nunquam redarguerint antiqui Patres Græci sanctissimi, & doctissimi, quos mirum esset nūquam notasse errorem tam grauem & Ecclesiæ perniciosum, si quis suisset. Addē quod ijsdem Patribus testibus Romana Ecclesia errare non pos- sit, dñi q; ea veritas constat ex definitione Cone. Flor. Gracis, qui Conc. intererant, approbantibus.

Ex his patet 1. quā imprudenter Graci Schismatici ex Christifacto Ecclesiæ Latinae redar- guant, longe prudenterius Latina Ecclesia approba- uit praxim Græcorum, tanquam minime répu- gnantem diuinæ institutione, quamvis existimet Christum in azymo consecrare; intellectus enim non sic panem sumptum à Christo sub certo statu vt sub nullo alio esset consecrabilis, sed quemlibet panem sive azymum, sive fermentatum esse legiti- mam confectionis materiam.

Patet 2. non tantum valere consecrationē panis azymi, sed etiā licere, cū nō possit redargui tanquā illicitū quod ab Apostolis acceptū est, & ab initio Ecclesiæ in eādem vñspatū. Addē quod licet initio Ecclesiæ consecratio suisset facta in fermentato,

licitē

Licit tamen Ecclesia Latina potuisse sumere azymum pro materia confecrationis. 1. ad redarguendos errores eorum qui existimabant non posse azymum consecrari. 2. propter maiorem conuenientiam azymi cum puritate carnis Christi, que latet in hoc Sacramento. 3. ad significandam puritatem, cum qua debemus ad hoc Sacramentum accedere, quoniam ergo Christus iustis de causis vniuersitatem fermentato in institutione huius Sacramenti, ita; vniuersitatem aliquandiu in Ecclesia perseuerasset, potuisse nihilominus ex causis allegatis, vel similibus eadem Ecclesia decernere, ut panis azymus sumetur pro consecratione, quemadmodum constituit se sacrificium non nisi matutino tempore celebretur, & Sacramentum Eucharistia à ieunio sumatur, non obstante eo quod Christus illud vesperi intituerit, & non ieunio distribuerit.

Notandum 2. Græcos ex locis citatis & similibus insufficienter probare, Christum consecrassisse in fermentato; solum enim concludi posset quod diem lege præfixum ad immolationem Agni Paschalis præuenire, non vero quod postmodum panem fermentatum comedenter, præsentim cum ex facto Apostolorum non obscurè posset colligi illum consecrassisse in azymo, ex eo scilicet quod Apostoli in azymo consecrarent, & Ecclesia tradiderint, ut consecraretur in azymo, ut habemus ex epist. Leonini citata, quia nullo modo credi potest Apostolos statim præscripturos fuisse Ecclesie consecrationem azymi, si Christus in fermentato consecrasset, cum non appareat ratio valde vrgens recedendi ab exemplo Christi, & de cetero conuenientius sufficeret illos factum Christi hac in parte imitari.

Ex quibus colligitur, quod licet nihil posset aliud responderi ad argumenta pro sententiis Græcorum allata, id posset sufficere ad assendum eos non sufficienter ostendere Christum consecrassisse in fermentato, & proinde eos temere redarguere Ecclesiam Latinam quasi faciat contra Christi institutionem, & finaliter cœlēret in azymo. Sed, ut monrem Ecclesie Latinæ desēdamus, & positivè ostendamus eam sicut hac in parte Christo conformare: Dico Christum consecrassisse in azymo, quia scilicet Pascha celebravit luna 14. primiti mensis ad vesperam, iuxta legis præscriptum, pro cuius rei probatio

Notandum Exodi 12. præcipi filiis Israel educendis in Egypto, ut 14. die primi mensis ad vesperam immolarent Agnum, tuncque assūm igni comedenter cum panibus azymis & lacūciis agrestibus, & eodem cap. dicitur: habebitis autem hanc diem in monumentum & celebrabit eam sollempnem Domino in generationibus vestris cultu semper. Septem diebus azyma comedetis, in die primo non erit fermentum in dominibus vestris, quicumque comederi fermentum, peribit anima illa de Israele, a primo die usque ad diem septimum. & infra, primo mensi decima quarta die mensis ad vesperam comedetis azyma usque ad diem vigesiman primam eisdem mensi ad vesperam. Similia habentur cap. 15. & Leuit. cap. 2. Ex quibus patet filios Israel præceptū divinitatis debuisse singulis annis celebrare Pascha, 14. iūna primi mensis ad vesperam (nam mensem inchoabant in nouilunio) & deinceps debuisse per septem continuos dies ut azymo, ita ut sub pena mortis non liceret toto eo tempore uti fermentato.

Ex his ita ducitur argumentum & probatur conclusio, 1. constat ex Euangelij Christum institutum Sacramentum Eucharistia post cœnam legem, ex iisdem autem etiam ostenditur quod ce- lebrat Pascha tempore lege præscripto, post quod

non erat licitus vñus fermentati. ex quibus configit Christum hoc Sacramentum in azymo consecrassisse. Minor in qua vis est, negatur à Græcis assertoribus Christum in eſtu Agni Paschalis consuetum diem preuenisse, atque adeo celebrasse Pascha 13. luna, postmodum autem potuisse uti fermentato, esseque verius quod vñus fuerit, cum non esset vñus azymorum extra tempus Paschale lege præscriptum. verum id esse commentum conuincenti potest ex Scripturā; nam Matth. 26. dicitur: primā autem die azymorum accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: Vbi vis paremus tibi comedere Pascha? Marci 14. & primo die azymorum, quando Pascha immolabatur, dicunt ei discipuli: quid r̄is: eamus, & paremus tibi, ut manducem Pascha? Lucas 22. venit autem dies azymorum, in qua necesse erat occidi Pascha, & misit Petrum, & Iohannem dicens: euntes parate nobis Pascha, ut manducemus. & infra: euntes autem inserviunt, sicut dixit illis, & paraverunt Pascha, ex quibus conflat Christum non præuenisse tempus legi præscriptum, cum Marcus dicat quando Pascha immolabant, id est, secundum legem immolare consueverant, & necesse erat occidi, ut Lucas.

Euthymius supra responderet primā diem azymorum vocari à Matthæo & Marco, nō quo Pascha comedi debebat, sed precedentem, id est, decimum tertium, verum id nullā ratione, vel solidā autoritate nititur, reputatque communī modo loquendi, nunquam enim vocari solet primus dies alicuius mensis, vel septimanæ is, qui est ultimus precedentis.

Respondet etiam Lucam dixisse: venit autem dies azymorum, id est, infibulat, sed neque hoc subsistit, cum in sententiā à nobis citata Euangelista alter loquatur, quam initio capituli, vbi dicit approquinabatur autem dies festus azymorum, qui dicitur Pascha, vnde colligi potest quando dicit, venit, non agere de die instanti, sed de praesente, ad cuius vesperam necesse erat occidi & immolari Pascha.

Confir. Euangelista respiciunt ad caput 12. Exodi, ergo non sunt intelligendi de die præcedente, vel instanti, sed de die lege præscripto iam præsente. 2. dies præscriptus immolationi & cœlestionis Agni Paschalis nullo modo poterat præueniri, nam quoniam Numerorum 9. illi, qui propter iustum impedimentum non potuerat celebrare Pascha 14. luna primi mensis, concederetur, ut secundo mense posset celebrare, is tamen debebat seruare diem 14. nec ante illum poterat celebrare, vnde non potest solidè explicari primus dies azymorum, quo Christus Pascha celebrarit, decimus tertius, seu dies præcedens diem lege prescriptum.

Confir. non est verisimile Christum obseruantissimum legis, quique eam in ceteris circumstantijs obseruat, hanc negligisse, præsentim cum nunquam à Pontificibus querentibus aliquam mortis causam id fuerit illi obiectum.

Probatur 2. conclusio ex Patribus, qui disertè prob. 2. ex censem Christum celebrasse tempore lege præscripto. Ambros. epist. 83. ante medium: ipse ergo, qui legem locutus est, postea veniens per virginem nosūsim temporibus plenitudinem legis consummavit, quia venit non legem solvere, sed implere, & celebravit Pascha hebdomada in qua fuit quartæ decima luna quinta feria, demque ipsa die (sicut superiora docent) Pascha cum discipulis manducavit, sequenti autem die hoc est sexta feria crucifixus est luna decima quinta. Chrysostom. 85. in Matth. sub medium: non enim Christus tempus

Matt. 26.

March 14.

Luc. 22.

36.

Impugnat. responso Euthymij.

Num. 9.

37.

Am. bros.

Chrysost.

Hieron.
August.

tempus Pascha transgressus est, sed illi audacissimi homines, & mille transgredientes legis praecepta, quoniam ita inflammati erant, & sapientia conati capere ipsum, nihil facere poterunt, ex insperato nocti quod cupiebant, tempus Pascha transpusserunt, ut ardentes ad animos suos expulerent. quā antithesi patet Chrysostomum existimare Christum comedisse Agnum Paschalem die per legem præfixa. Hieron. in illud Matthæi: primū autem die azymorum. Prima azymorum decima quarta dies primi mensis est, quando Agnus immolatur, & luna plenissima est, & fermentum abicitur. Aug. epist. 8.6. ad Casulanum versus finem; Matthæus Euangelista primam sabbathum dicit suis primam diem azymorum, quia eius vespera sequente futura erat cena Paschalis, in qua incibebat azymum & omnis immolatio manducari.

nuerit postmodū ex occasione oblata per Iudā muratū fusile consilii, & iudicatu expedire hominem Reip. noxiū & blasphemū occidere, nec prætermittendam occasionem propter aliquamē fortē tumultus timorem. Certe non est quod tantum Pontificum religioni deferamus, vt dicamus eos non procurasse Christi mortem in die fæto, cum infernissimum eorum odium in Christum suadet illos facile sibi persuasuros fusile etiam die fæto Christum posse, & debere occidi, quam permittere elabi occasionem, vt Chrysostomus homilia 85. citata; qui tamen indicat non omnes, sed Pontifices diem Paschatis transpusisse, in quo illos culpat.

Ad secundum Resp. propter eum locum Ioan. Ad fæ-

Prob. 3.
Ambr.

Clem.

Chrys.

Leo.
Anselm.

incipiat azymum & omni immunitate manuante
Probatur 3. ex Ambr. suprà dicente Christum
crucifixum di seque, postquam Pascha man-
ducaslet, eoque 15.luna: ex quo patet manducasle
Pascha 14.luna ad vesperam. & ex his Patribus qui
doceant Christum osculum in die festo Iudorum,
Clemente lib. 5. Constitutionum apostolicarum
cap.14. in ipso die suo festo Dominum comprehendenderunt,
vt perduceretur ad exitum. Chrys. hom. 8.6. in Matth.
in illa verba: factò autem die 5 quando interficie i'sum
stauerunt & proper diem festi non poterant, ad Pilatum
cum ducunt; tu vero considera quomodo res ita compulsa
es, vt in die festo ageretur. idc fusc docet S. Leo ferm.
7. de passione. quibus addi potest Anselmus qui in
caput 26. Matth. disertè tradit Christū crucifixum
luna 15. eū precedente nocte carnis, & sanguinis sui
mysteria celebranda tradidit discipulis, quādo sci-
licet fermeo abiecto Agnum occidere ad vespe-
ram solebant, videri potest in illa verba: primā an-
ten die azymorum.

38. Super est ut respondeamus ad argumenta initio
Responde- pro sententiâ Græcorum.
sur Græcis.

Ad primū respondent quidam Christum celebrasse Pascha decima quarta Luna ad vesperam, id est die decimoquarto ad vesperam, Iudeos tamē eo anno solum celebrasse die decimo quinto ad vesperam, & primū diem solemnum finitū decimum sextum, quia dicunt quando dies solemnis Paschatis inficebat in feria sextā, solebat transferri in sequentem diem, id est in diem sabbati, ne duo festi dies concurrent, quod fieri poterat ex dispensatione, ex qua responsione facile concidunt argumenta pro Gracis proposita, nam quamvis Christus Agnūm Paschalem immolarit die per le gem præscripto, atque adeō post Agni clūm non fuerit vīsus fermentato, quia tamen respectu communitatis Iudeorum poterat dici nondū esse Pascha, quando Christus occidūs est, dici etiam potuit iuxta illorum Concilium non esse occisum in die festo, quām tentantiam varij etiam rec̄tiores post Paulum Burgensem amplectuntur. Verū nullā solidā autoritate nititur, sed videtur inuentum Rabbinorum posteriorū ſacerdorum, cum Patres nihil simile indicent, addē iuxta illam sententiam non cuitari in commodum, ad quod cuita dum sit exigitata: cum enim 12. Exodi statuatur, ut prima dies azymorum sit sancta, atque solemnis, & septima dies eadem solemnitate venerabilis, posita illa sententia sequitur septimam diem incidere in feria sextā, atque adeō duo festa futura continua, haec ergo sententia reiectā.

Ad tertium respondeo Euangelistam eo loco non agere de coniunctione Agni Paschalis, sed Pascha ibi sumi pro hostijs Patchalibus, quæ scilicet toto tempore septem dierum Paschalium offerunt solebant, quibus vesci non poterant immundii, ut ergo Iudei sequentibus diebus hostias Paschales edere possent, noluerunt introire in Praitorium, ut non contaminarentur, pro quo

Notandum Pascha varijs modis sumi in Scriptura; 1. pro Agno Paschali Matth. 26. vbi tri paterem tibi manducare Pascha. Marci 14. quo vis es et parensum tibi, ut manducas Pascha. Luce 22. venit autem dies azymorum in quā necessiter ad occidi Pascha. 2. pro die, quo immolabatur Agnus Patchalis, Leuit. 23. mense primo, decima quarta die mensis ad vesperam Pasche Domini est. Marci 14. erat autem Pascha, & azyma post biduum. 3. pro ipsa præcipua solemnitate Paschali, Leuit. 23. & quinta decima die mensis solemnitatis azymorum Domini est. 4. pro toto tempore septem dierum Paschalium, Act. 12. volens post Pascha producere cum populo, id est volens post tempus Paschale, seu post dies azymorum producere eum populo, pro varijs sacrificijs, quæ toto tempore Paschali fiebant, de quibus Numerorum 28. ita faceris per singulos dies (septem scilicet locis) locis.

Responso
Authoris, Respondeo, quodam ex Phariseis ita quidem
censuisse, ut referunt Evangelistæ, sed eorum sen-
tentiam non obtinuisse, & iudicatum à pluribus non
esse negligendam occasionem mortis Christi quo-
cumque tempore procuratæ, vel si in Concilio obti-

neruit postmodum ex occasione oblata per Iudicium
tutum fuisse consilium, & iudicatum expedire hominem
Reipublicae & blasphemum occidere, nec præter-
mittendam occasionem propter aliquem forte
tumultus timorem. Certe non est quid tantum
Pontificum religionem deterramus, vt dicamus eos
non procurasse Christi mortem in die festo, cum
infensissimum eorum odium in Christum suadeat
illos faciliter sibi persuasuros fuisse etiam die festo
Christum posse, & debere occidi, quam permit-
tere elabi occasionem, vt Chrysostomus nominis
85. citata; qui tamen indicat non omnes, sed Pon-
tifices diem Paschatis transposuisse, in quo illos
culpat.

Ad secundum Resp. propter eum locum Ioh. Ad secundum aliquos Gr̄ecos censuſic, ceteros Euangelistas et. dum rare, & à Iohanne correctos, sed hoc manifestum est. rem continet.

Dico ergo, quando beatus Ioannes dixit, *ante diem festum, umpsi diem festum pro decimo quinto die artificiale, qui totus erat solemnis, nam quamvis festa Iudeorum celebrantur à vespera ad vespeream, ut patet ex cap. 23. Leuit. id est, ab occasu solis precedentis diei vñque ad occasum sequentis, tamen dies festus dicebatur, qui totus celebrabatur, & proinde quando fit mentio diei, non intelligitur dies, ut comprehendit primam vespeream, sed ut comprehendit totum diem artificialem solemnum, ut patet 12. Exodi: dies primaevi sancta, atque solemnis, & dies septima cædemesimista venerabilis, quo loco solus intelliguntur dies decima quinta, & vigesima prima artificiales, quod clarius patet cap. 23. Leuit. mercede primo quarta decima die mensis ad vespeream Phas. Domini est, & quinta decima die mensis huius solemnitatis azymorum Domini est, ubi aperiè distinguitur dies festus à sua primâ vesperâ. quando ergo Ioannes dicit: *ante diem festum Paschâ, perinde est, ac si dicaret: ante diem solemnum Pascharis, seu primo die azymorum ad vespeream, ex quo patet nullam inter Euangelistas esse discrepantium.**

Ad tertium respondeo Euangelistam eo loco
non agere de comestione Agni Paschalidis, sed Pas-
cha ibi sumi pro hostiis Paschalibus, quæ scilicet
toto tempore septem dieum Paschalum offerri
solebant, quibus vesci non poterant immundi, ut
ergo Iudei sequentibus diebus hostias Paschales
edere possent, noluerint introire in Pratorium, ut
non contaminarentur, pro quo

non contaminarentur. pro quo
Notandum Pascha varijs modis sumi in Scriptura; 1. pro Agno Paschali Matth. 26. *vbi eis pavemus tibi manducare Pascha.* Marci 14. *qua vis emus & pavemus tibis, manducare Pascha.* Lucas 22. *venit autem dies azymorum in qua necesse erat occidere Pascha.* 2. pro die, quo immolabatur Agnus Paschalalis, Leuit. 23. *mensa primo, decima & quartâ die mensis ad vesperam Pasche Domini est.* Marci 14. *erat autem Pascha, & azyma post lidum.* 3. pro ipsâ principiâ solemnitate Paschali, Leuit. 23. *& quinta deinceps die mensis solemnitas azymorum Domini est.* 4. pro totto tempore septem dierum Paschali, Act. 12. *volens post Pascha producere eum populo, id est volens post tempus Paschale, seu post dies azymorum producere eum populo.* 5. *pro varijs sacrificijs, quæ toto tempore Paschali fiebant, de quibus Numerorum 28. ita faciet; persingulos dies (septem scilicet) offerent incensum holocaustum Domino, utrilibus de ameno duos &c. quorum in eodem c. suprà fit mētio. vide etiam 2. Paralipomenon c. 35. hoc postfermo sese sumitur Pascha apud Ioannem c. 18. citato.*

Ad quartum respondeo paraceu eo loco non referri ad Pascha, quasi fuerit paraceus Pascha, id est, preparatio ad Pascha, & dies præcedens diem solemnem Paschatis, sed referri ad sabbatum, quasi dicat Iesannes, quoniam parascet erat, id est dies præcedens sabbatum, seu quem immēdiatè subsequebatur dies sabbati, Iudei, ut non remanerent corpora in cruce sabbato (erat enim magnus dies illa sabbati, ut ibidem subiungitur) rogauerūt Pilatum, ut frangeretur eorum crux, & tollerentur, ex quo patet Christum non fuisse occisum ante solemnitatem azymorum, seu ante decimum quintum diem, sed ipso die solemnii & pridie sabbati, tum Gentilibus dies festos Iudeorum parum curantibus, tum Pontificibus ex odio in Christum existimantibus se obsequium præstare Deo, si hominem libi iniuriam morti tradarent, nec existimantibus se pollui, si ipsimet morte non afficerent.

Dicitur verò paraceue Pasche, quia intra tempus Paschale incidebat, hoc sensu, erat paraceue sabbati intra tempus Paschale.

Obijcies 1. quod Iosephus ab Arimathea, & Nicodemus sepelierint Christum eo die quo occisus est, cum hac non videantur potuisse fieri in die solemnii.

Resp. negando posteriorem partem assumpti, fatus enim constat opera pietatis non fuisse illo die prohibita, ut ostendit Christus Pharisæus Matth. 12. & alibi.

Nec refert quod Exodi 12. dicatur: dies prima erit sancta, atque solemnis, & dies septima eadem solemnitate reverberis, nihil operis facient in eis, exceptis his quae ad usum secundum perirent, quia per haec solum prohibebantur servitum, ut patet Leuit. 23. dies primus in vobis celebrinus sanctusque, omne opus servile non facetus in eo. Nec etiam solum prohibebantur in sabbato, in quo peculiariter etiam prohibebatur preparare cibaria ad manducandum & ignem accendere, ut patet ex cap. 16. & 35. Exodi.

Cur ergo tam festinanter sepelierūt, si id in sabbato non prohibebatur?

Resp. fecisse ex deuotione & reuerentia erga Christum, ut scilicet non remaneret diu inhumatus, cum enim iam iacet de cruce depositus, iudicavit decentius hoc obsequium eodem die illi præstare.

Addit quod forte fuisse reprehensi à Pharisæis si die sabbati inhumassent, nam forte hi ex falsis interpretatione existimabant id in sabbato non efficiunt: ex quā forte persuasione petierunt à Pilato, ut pridie sabbati frangeretur crux crucifixorum, quāmis ad hoc posterius Pontifices moneri potuerint ex lege Deuteronomij 21. quā statutum erat, ut cadaver appensi in patibulo eadem die sepeliretur.

Obijcies 2. ab eā die, quā offerebantur manipuli primarum frugum, & dies numerabantur usque ad diem Pentecostes, ut patet ex cap. 23. Leuit. quod confitetur non potest, si Christus in die festo passus est, quia die subsequenti debuissent offerri manipuli, id est septimo die septimanæ, seu die sabbati, quibus si addantur dies 49, habebimus scilicet ut quinquagesimus incidat in diem sabbati, tamen dies Pentecostes, seu quinquagesimus incidat in dominicum.

Resp. 1. id nullo modo fauere Gracis, ut per se patet, cum hi non negent quintam decimam lunam, que incidebat in sextam feriam, fuisse primum diem solemnem azymorum, sed ut summum fauere

sententia afferentum eo anno diem festum tenalatum fuisse in sabbato. Sed

Resp. 2. nihil eorum sententia patrocinari, quia dici potest cum Ribera lib. 5. de Templo, cap. 7. diem, in quo manipulus erat offerendus, inter quinquaginta non fuisse computandum, sed quinquaginta dies numerandos ab illo exclusi, quod verumque indicat cap. 23. citatum, ubi dicitur: numerabis ergo ab altero die sabbati, in quo oblationis manipulum primatum, supremam hebdomadas plenas, & que ad alteram diem explicationis hebdomada septima, id est quinquaginta dies, & sic offeret sacrificium Domino ex omnibus habitaculis vestris, ex quo fit verisimile quinquaginta dies numerosandos excluso secundo die azymorum, in quo manipulus erat offerendus, atque adeo festo azymorum incidente in feriam sextam & sabbato sequente oblato manipulo primitatum, si septem plenis septimanis vnu dies addatur, Pentecosten eo anno incidisse in dominicum diem, si cui non arrideat haec responsio, dicere potest cum quibusdam, licet Pentecoste Iudeorum eo anno incidente in sabbatum, Christianos tamquam celebrasse in dominica, & quinquaginta dies numerandas non à manipulorum, sed à dominica Resurrectionis, & Lucam in Actis Apostolorum egisse de Pentecoste Christianorum, vide Corine. lit. in locum Leuit. citatum, circa versum 15.

Obijcies 3. quod Agnus Paschalis fuerit immolatus decima quarta ad vesperam, cum ergo eius immolatio fuerit figura passionis Christi, debuit Christus decima quarta crucifigi, atque adeo Sacramentum Eucharistie instituit decima tercia.

Resp. non esse necesse rem ipsam in omnibus circumstantijs conuenire cum figura, nam constat aliâ horâ Christum crucifixum, quam Agnus Paschalis immolari soleret, potuit ergo alio die naturali immolari Agnus Paschalis, & alio Christus crucifigi, addo tamen dici posse in hoc conuenire, quod Christi passio decima quartâ lunâ inchoata fuisse, Iudeis cum Iuda de eius morte tractantibus.

Obijcies 4. Chrysostomus homilia 82. in Ioan. post medium, ad illa verba, non tamen ingrediuntur in Pretorium, ait: sed quid significat, ut quadruplicarent Pascham, atque Iesus tam id fecerat: vñ die azymorum, sive ergo Pascha totam appellat solemnitatem, sine quod tunc faciebant, Christus autem pridie, cedem suam in paraceu resuersus, quando antiquitus celebratum erat, propter hoc argumentum aliqui existimant Chrysostomum fauere Gracorum sententia existimantium Christum decimam tertiam lunam Agnum Paschalem immolasse.

Sed ex hoc loco obscuro non est quod contra apertum locum eiusdem Patris homilia 85. citata afferamus eum ita censuisse, cum satis clarè idem repetat homilia 82. in Matth. dicens: primam diem azymorum eam diem vocat, qua ante azyma erat, conuenit enim à vespera semper dies numerare, & eius mentionem facit in vespera, cuius Pascha erat immolandum, ubi docet ideo vesperam, quā Pascha secundum legem erat immolandum, vocari primam azymorum, licet non pertineret ad decimam quintam diem naturalem, quia Iudei à vespera dies, scilicet festos, solebant inchoare, ergo iuxta Chrysostomum Christus manducauit Agnum Paschalem pridie dii solemnis naturalis azymorum, id est, decimi quinti, & per consequens decimam quartâ lunâ ad vesperam.

Ad locum ex homilia 82. citatum dici potest

Resp.

Locus obsecrus per clarum explicari debet.

Obijcies 4. Chrysost.

Chrys. nolle Christum præuenisse diem lege prescriptum in efi Agni Paschalis, sed præuenisse diem, quo Pontifices Pascha comederunt, quos censet transposuisse diem (vt suprà vidimus) homilia 85. in Matth. hoc sensu, Pascha, quod Christus celebravit, quando antiquitus celebratum erat, id est die per legem prescripto, Pontifices distulerunt, ita vt illud, quando antiquitus celebratum erat, non referatur ad passionem Christi, quam referuarunt in paraseuen, id est decimi quinti diei solemnis, sed referatur ad illud: *Christus pridie scilicet Pascha celebravit, prout lege celebrari debet & solet, & illud, eadem suam in paraseuen reservans, sit quasi paræthesis & dicatur ad imitationem Ioannis Euangelistarum de paraseue sabbati.*

Confir. quia si Chrysost. existimaret Christum decima tertia immolasse Agnum Paschalem, non diceret homilia 85. citata, Principes Iudeorum prevaricatos fuisse, ac alia die Pascha comedisse, nec diceret illos neglexisse eam nocte comedere, si enim comedisset Pascha decima tertia die, quo tempore Iudei tractassent de eo perdendo, non potuissent dici prevaricari in legem de comeditione Agni Paschalis &c. cum nondum tempus aduenisset.

Obijcies 5. Anselmum cap. 27. in Matth. sub finem dicentem Christum fuisse crucifixum die quo Agnus Paschalis immolabatur.

Resp. ex cap. 26. in illa verba, *prima autem die azymorum*, satis constare Anselmum existimare Christum decimaquarta lunâ comedisse Agnum Paschalem iuxta legem Moysi, & decimaquintâ die fuisse crucifixum, vnde dico meritò posse dubitari num id, quod in obiectione ponitur, adiutum sit ab aliquo errori Græcorum fauente, cum repugnet dictis cap. 26. Certe Graci non possunt præsumere ex Anselmo querere, cum in opusculo de fermentato & azymo disertè illis aduersatur.

Obijcies 6. Tertull. lib. contra Iudeos cap. 10. in fine docentem adimpletum esse, vt primâ die azymorum Iudei Christum interficerent.

Resp. per primam diem azymorum Tertull. vel intellexisse primam diem solemnem Paschalem, id est decimam quintam, vel velle Iudeos interficisse primâ azymorum, id est decima quartâ lunâ, eo quod tunc tractarent de illo morti tradendo, quâ ratione etiam alii possunt intelligi, aliqui etiam qui citari solent, non tam agunt de immolatione reali Christi per mortem, quam de typica, seu figurativa per immolationem Agni Paschalis, qui decima quartâ lunâ solebat occidi.

Ex his omnibus habemus Christum comedisse Agnum Paschalem decima quartâ lunâ ad vesperam, quando omne fermentum ab ipsi debebat, & proinde consecuisse Eucharistiam in azymo, immò & Iudeos suum Pascha eodem die inchoasse.

ARTICVLVS V.

Vtrum vinum vitis sit propria materia huius Sacramentii?

Resp. Affir. 43. S CILICET respectu consecrationis calicis.

Error Ebionitarum. Affirmat. Notandum Ebionitas, teste Epiphanius hæresi 30. ante medium, pro consecratione calicis vi solitos aquâ purâ, in quo errore versati sunt etiam iij. quos August. lib. de hæresibus, hæresi 64. vocat

Aquarios, contra quos etiam videtur agere Cypr. epist. 63. seu lib. 2. epist. 3. Aquar. Conclusio. Sed conclusio D. Thom. est de fide, tradita in Concil. Florent. decreto de Sacramentis, vbi dicitur: *tertium est Eucharistia Sacramentum, eius materia est panis triticus, & vimum de vite.* & in Lateranensi, & refutat cap. firmiter §. una, de summa Trinitate, insinuat etiam cap. c. Marthg. §. quafius. C. tam si, de celebratione missarum, etque communis Martia. Doctorum. Congruentia est quod per vinum vitiis optimè significetur effectus huius Sacramenti, Cogitat. qui est spiritualis animæ letitia.

Ex hac doctrinâ varia inferuntur, i. quod sit irrita, in liturgia confecratio attentata in solâ aquâ, ceruisia, si cera, in liquore expresso ex moris, malognatatis, herbis, & similibus: quia nihil horum est vinum. vide D. Th. response ad 1.

2. Quod sit irrita attentata in aceto: quia vere non est vinum, vt response ad 2. neque reputat Innoc. lib. 3. 4. de Sacramento altaris cap. 31. docens ex aceto posse hoc Sacramentum confici, quia, vt patet ex textu, per acerum, intelligit vinum acidum, seu acescens de quo paulo post.

3. Esse irritam in agresta seu omphacio, vt response ad 3.

4. Consecrationem non posse perfici in vini, vt communiter Doctores cum D. Th. ad 3. nam *vini non quamus vinum ex vini maturis confici possit, ipsa tamen non sunt vinum, neque prudenti iudicio censentur vinum, vel potus, sed sunt cibis etiam si pellicula detrahatur, vnde ne quidem eam detracta validè possunt consecrari. nam vinum est fucus ex vini maturis expresus.*

E contrario vero ex omni vero vino validè fit consecratio calicis, siue vinum vnum ab alio specie distinguitur, siue non, licet enim debet specie differentia, vnumquodque est verum vinum, dummodo sit de vite, nec amplius requirit huius Sacramenti institutio.

Ex quo infertur validè fieri consecrationem in vino acescens, vt D. Th. response ad 2. quia est verum vinum, quamus tendens ad interitum, prudenter tamen considerandum ex qualitatibus, num natura vini certò remaneat. Si enim tanta esset alteratio, vt meritò posset dubitari num esset vinum, an vero esset acerum, graue esset peccatum illud consecrare, cum Sacramentum redderetur dubium, neque in hoc casu videtur necessitas excusare à sacrilegio. Vnde nec potest fieri consecratio in vino dubio, vt alijs sacram die festo vel in vino dubio, vel alij sacram præbeatur communio, nam reverentia huic Sacramento debita maneat, vt conficiatur in certa materia, quam ut faciat adimpletio præcepti ecclesiastici auditio Domini facri, vel diuini communionis. Neque enim haec aliter obligant, quam si sacrificium & Sacramentum perfici possit.

Graue etiam est peccatum consecrare vinum alijs liquoribus permixtum, vel etiam aromatis, cum etibus, quamus consecratio ex eo capite non redit, deretur dubia; tum quia est contra communem consuetudinem, qua conficitur grauiter obligare, peccatum quia grauem continet indecentiam alia permiscere materia consecribili, immò existimo esse indecens consecrare vinum acescens, si aliud commode possit obtinere.

Infero 2. posse validè confici Sacramentum in musto, vt D. Th. ad 3. & communiter Doctores. Can. 2. videri potest can. cum omne, de consecratione diff. 2. ratio est quod mustum sit verum vinum.

Adverte

Aduerte tamen ex can. citato non licere extra necessitatem in multo consecrare, ut etiam tradidit D. Th. & passim Theologi, quia vinum recenter ex vuis expellsum est satis impurum, & in eo aliæ partes sunt non consecrabiles.

Notandum postquam vinum est ex vuis expellsum, interdum injici aciniis relictis aquam. ex liquore inde consecratio perfici nequit, quia non est verum vinum, nam, ut communiter sit, aqua predominatur.

D V B I V M.

Vtrum vinum congelatum possit validè consecrari?

NE G A T Alanus lib. 1. de Eucharistia cap. 11. inclinat Henriquez lib. 8. cap. 12. num. 3. & alij.

Affirmat Angelus verbo *Missa* num. 23. Sylloge Eucharistia 2. quæst. 10. verbo *Quinti scriptorum*. Sotus dicit. 9. quæst. 1. art. 5. in fine, Sa verbo *Missa* num. 3. & alij.

Notandum quæstionem non intelligi quando congelatio eò velque processit, vt vini natura corruptum, cùm sit indubiatum consecrationem eo casu perfici non posse; sed intelligi remanente vini natura, quam posse interdum remanere constat, tum ex refractione vini congelati, nam aliquo corpore humido vel calido adiacente ita planè relouit, vt calor, sapor, odor, vinum planè indiscernit, tū ex Romano Missali, vbi in defectibus Missal verbus finem indicatur, si vinum consecratum congeletur, non esse aliud consecrandū, cùm constitutur, vt admoto panno, calido &c. liquefiant, quod apertè supponit vinum congelatum posse retinere naturam vini, cùm enim ad consummationem sacrificij requiratur etiam sumptio sanguinis, in ea directione supponi debet sanguinem post congelationem remanere, & proinde remanere species vini, sub quibus remanente natura vini, nisi per consecrationem esset destruta, ex quo aperte concluditur vinum congelatum posse vini naturam retinere.

Vnde patet 1. minùs solidè dixisse Alanum supra, si species vini congeletur post consecrationem, sub ijs desinere esse Christi sanguinem; cùm ex Missali Romano contrarium deducatur. Adde non posse probabiliter assiri tantillo spatio, quod inter consecrationem, & communionem interieret, vini ita congelari, vt species perirent; quamdiu autem species vini remanent, tandem sub ijs remanet Christi sanguis per consecrationem positus.

Patet 2. cundem minùs solidè docere esse temeratum adhibere vinum in calice ex gelu liquefactum, cùm enim constet illud posse naturam vini retinere, & posse redire ad statum naturalem, & potabilem per liquefactionem, potest absque omnini temeritate & feruculo adhiberi pro consecratione. Confir. si ante consecrationem congeletur in calice, fomento liquefit, & consecratur; igitur etiam aliud liquefactum potest consecrari. hoc præmisso

Resp. verius esse vinum congelatum validè consecrari.

Probatur. Concil. Florent. nihil aliud requirit pro materia necessariâ huius Sacramenti, quam vinum de vite, quale est vinum congelatum.

Confir. si congelatio superueniat consecratio, Christi sanguis remanet sub speciebus, ergo si præcedat, potest sub ijsdem ponendum non appearat ratio, propter quam possit remanere sub speciebus sensibilibus & sub ijsdem ponni nequeat.

Dices potest aliquid remanere sub eo statu sub quo non potest primò ponii, igitur ex eo quod sanguis Christi possit remanere sub speciebus vini congelati, non sequitur quod ponii possit sub ijsdem per consecrationem.

Resp. quamvis antecedens sit verum, nisi tam ratione diuersitatis detur, validum duci argumentum, res aliqua potest sub tali, vel tali statu remanere, ergo & primò ponii, præfertim res quæ ab alterius institutione dependet, in quā non cernimus rationem, propter quam instituens voluerit rem sub certo statu sensibili posse consecrari, sub quo ponni nequeat.

Obiicit contra conclusionem 1. Christus ponitur in hoc Sacramento per modum cibi & potus, ergo nequit ponii sub vino congelato, cùm illud non possit dici potus.

Resp. neg. consequentiam, nam vinum congelatum est verè potus, quamvis non habeat statum, quo sit proximè potabile, quem statum dicimus non posse ostendit esse necessarium ad valorem rei consecrationis, vel ex natura huius Sacramenti, vel ex sensu Ecclesie, cùm potius ex sensu Ecclesie contrarium deducatur, utpote quod vinum de vite docet esse materiam huius Sacramenti, quam rationem verè, & propriè participat vinum congelatum.

Confir. responsio simul & conclusio, status quo vinum dicitur proximè potabile, solum requiritur pro vfo vini, non verò pro ipsâ vini naturâ, ergo non requiritur ad valorem consecrationis; cùm ea conditio non requiritur ad substantiam Sacramenti ex parte materiae, sed ad Sacramenti vsum, & quod quando sumetur per modum potus, reficit liquefactum calore oris.

Dices hinc sequitur posse vuam consecrari, quod est falsum, & contra suprà dicta.

Resp. neg. sequelam, quia vua non potest dici potus, vt suprà diximus.

Obiicit 2. vt aqua sit legitima materia baptismi, certus status requiritur, nec p̄dictus baptismus in glacie validè conferri.

Resp. discrimen est inter hoc Sacramentum & baptismum, quod materia proxima baptismi sit ablution, vnde in materia remotâ, scilicet aquâ, requiritur is status, per quem ablutioni sit idonea, quod non conuenit glacie: ad rationem verò huius Sacramenti non pertinet sumptio, sed quod sanguis Christi ponatur sub specie vini: non est ergo cur ad eius substantiam ex parte materiae requiram statum, qui ad sumptionem est necessarius, sed videtur abunde sufficere, is qui sufficit, vt species vini inveniantur, sub quibus Christi sanguis latere possit; qui status reperitur in vino congelato.

Aduerte tamen 1. non posse sine graui peccato vinum congelatum consecrari, tum quia seceri cō-

Nequit cō-
gelatum
ne graui
peccato,

prior sententia non est plene improbabilis, & meritò censi potest materia dubia, vt docent varij, quan non licet in hoc Sacramento sumere propter aliquam necessitatem, qua possit videri excusare; tum quod sit contra consuetum modum procedendi Ecclesie in re graui. vbi obiter

Aduerte 2. in hoc & simili casu, in quo meritò

dubitatur de aptitudine materiae, si fiat consecratio, species cum reuerentia sumendas esse.

ARTICULUS VI.

Virum aqua sit vino permiscenda?

50.

Florent.
Trident.Can. In Sacra-
mentorum.Ambros.
Damasc.Cōgruētā
cur aqua
vino ad-
mīscetur.

AFFIRMAT, traditur à Concil. Florent. decreto de Sacramentis, Trid. sess. 22. c. 7. Alexander 1. epist. ad omnes Orthodoxos, refertur can. In Sacramentorum, de consecratione, dist. 2. vbi plures alij canones videri possunt. Idem traditur in liturgia Diui Iacobi, vbi dicitur: Christum accepisse calicem permixtū ex aqua & vino, ut videre est tomo 6. bibliotheca sacrae in liturgia S. Marci, S. Basili. Idem tradunt Patres Ambros. lib. 5. de Sacramentis cap. 1. Damascenus lib. 4. de fide, cap. 14.

Varia huius rei congruentiae assignantur à Flor. & Trid. suprā, D. Th. hīc, & alijs.

Prima est quod Christus creditur instituisse hoc Sacramentum in vino aquā mixto, ut patet ex liturgijs sanctorum Iacobi, & Basili, ex epist. Alexandri 1. & Flor.

Secunda est quod aptè conueniat repräsentationi passionis Christi, in qua sanguis, & aqua ex eius latere fluxerunt.

Tertia, quod hec mixtio optimè significet unionem fideliū cum Christo capite, quæ vno tribuirur huic Sacramento, tanquam peculiaris eius effectus: nam populus per aquam repräsentatur, in vino verò Christi sanguis ostenditur.

Ex quibus, & multis alijs Concilijs & Patribus patet Christum pro consecratione calicis vsum vino aquā permixto, nec audiendos eos, qui vel id negant, vel de eo dubitant.

ARTICULUS VII.

*Virum mixtio aqua sit de necessitate hu-
ius Sacramenti?*

51.

Aqua non
est de ne-
cessitate
Sacramēti.
Prob. ex
Flor.
Trid.

CVM aqua ante consecrationem vino permisceatur, merito D. Thom. præsenti art. querit num ea permixtio ita sit necessaria, ut fine illa consecratio validè perfici non possit; ita enim sensiblē Armacanum referunt varij authores.

Sed conclusio D. Thom. est negativa, quæ est communis Scholasticorum, & certa.

Probatur 1. ex Trident. sess. 22. cap. 7. indicante eam mixtionem solū esse præceptū ecclesiastici. ex Florent. decreto de Sacramentis, quod postquam dixisset vnum de vite esse materiam (scilicet consecrationis calicis) addit: cu[m] ante consecrationem aqua modicissima adhiberi debet, quā loquendi diuerditate satis insinuat mixtionem aqua non esse de necessitate Sacramenti.

Confir. ex eo quod monens Armenos, vt reliquo orbi se conformet in aqua mixtione, nunquam insinuat aliter nihil effici. 3. in defectibus Missæ §. 7. De defectibus vini, docetur quod si post vini consecrationem adiuvatur aquam non fuisse admixtam, ea non sit admiscenda, quia mixtio non est necessaria necessitate Sacramenti; & §. 2. dicitur confici Sacramentum, quamvis aqua non fuerit mixta.

Nec obstat quod multi Patres exp̄s̄ doceant Christum consecrasse in vino aquā mixto; quia eo non obstante Ecclesia nos docet ipsā præxi huiusmodi mixtionem non esse necessariam necessitate Sacramenti, nec vt talen à Christo adhibitam, & ex Christi factō non sumitur sufficiens argumentum ad ostendendum aliquid esse necessarium necessitate Sacramenti, nisi accedit authoritas Ecclesie declarantis id assumptum, tanquam necessarium; quod hīc non cermitur, sed potius contrarium; quemadmodum, ex eo quod Christus consecravit in azymo, non potest aptè concludi, quod panis fermentatus non sit conferabilis.

Obijcitur Cyprian. qui epist. 63. ad Cæcilium siue lib. 2. epist. 3. cerſet non posse solum vinum offerri, & li solum offeratur, nihil effici. Aliqui conantur eum explicare quod solum velit non posse offerri sine peccato; sed si discursus illius perpendatur, facile aduertetur eum existimasse hanc mixtionem esse necessariam ad valorem Sacrameti, ita enim censes nihil effici si offeratur solum vinum, quemadmodum nihil efficitur si offeratur sola aqua, & quemadmodum nihil efficeret qui tentaret farinam consecrare.

Dico ergo, salutē reuerentia, que tanto Patri debetur, eius sententiam esse improbatam, vt ex dictis patet.

DVBI V

*Virum mixtio aqua sit saltē de neceſſi-
tate præcepti, & cuius?*

QUOD prius, nostri temporis heretici, vt refert Bell. lib. 4. de Eucharistia cap. 10. consent mixtionem aquæ cum vino pro consecratione calicis esse indifferentem.

Verū ex Flor. Trid. Alexandre 1. in superius bus citatis, constat eam non esse liberam, vide can. In Sacramentorum, de consecratione dist. 2. vbi dicitur: non enim debet (vt à Patribus acceptum, & ipsaratio docet) in calice Domini aut vīnum solum, aut aqua sola offerri, sed & vīnumque permixtū & can. cū omne, eadem dist. dicitur: calix Dominicus in xta canonum præcepta vīno, & aqua permixtū debet offerri, & cap. literat. de cœlēbratione Missiarum, inbetur gratiā puniri sacerdos qui inter cetera fine aqua celebrauerat.

Ex quo patet hanc aqua mixtionem non posse voluntariè, vel etiam ex negligentia omitti sine graui peccato; cū sensu communi Ecclesie haec cœlēbratione sit grauis, habens magnam significacionem mysticam.

Controversia est quale sit hoc præceptum, diuinum, an ecclesiasticum?

Alensis 4. parte summa, quæst 32. membro 6. Quædā-
Castro verbo Eucharistia, hæret. 7. Henriquez lib.
8. cap. 12. num. 4. & alij censem esse diuinum.

Scotus verò dist. 11. quæst. 6. §. ad fecundam quæ-
stionem, Sotus dist. 9. quæst. 1. art. 6. §. colligitur ei-
go, & plures alij, existimant esse humanum.

Quorum sententia est probabilior. 1. quia effigie magis conformis Concil. Trid. sess. 2. cap. 7. dicēti monet, denide sancta Synodus præceptum esse ab Ecclesia sacerdotibus, vt aqua vīno in calice offerendo mīserent, quamvis enim nihil veteret id quod à Deo iubetur; etiam præcipi ab Ecclesia, modus tamē loquendi Concilij innuit præceptum esse à sola Ecclesia si enim

Ex Christi
facto non
ueceland
colligunt
aliquod de
celianum
Sacramēti.

Obiectio
Cyprian.

Reph.

Heresi-
cum, cui
de de-
siderio
sunt.

Mixtio ob-
ligata
est libera.

Can. In Sa-
cramentorum.

Can. cōm-
muni.

Officiale.

Clitteris.

Nequit ob-
ligari.

minis finis
grati pe-
ccato.

Castro.

Quædā-
sicut esse
præceptū
diuinum.

Scotus.

art.

Ales.

Castr.

Henr.

Alij cō-
muni.

Scotus.

sa.

Defendit
elle hanc
ut Trid.

Ex Chrifti
facto con
necelland
colligunt
aliquod ne
celarium
neccellare
Sacramen

fi enim agnoscet diuinum, non debuiffet praetermittere, cum id ad redarguendos hereticos multum iuiflet.

Conſit. Concil. poſt verba citata dicit; non quod Dominum ita feciffe credatur; quibus verbis indicat inter cetera motiva pracepti ecclesiasticis eſſe Christi factum, ſcilicet citra praceptum, quod ipſum indicatur in Florent. 2. quia eſt magis conformis canonii, cum omnes qui eſt Iulij Papa, ubi dicitur aquam debere permifſeri in calice iuxta canonum pracepta, quibus verbis ſolum praceptum ecclesiaticum infiuuntur.

Sed queritur a quo ſit institutum hoc praceptum?

Aliqui existimant ab Alexandro 1. epift. citata, verum ipfem Alexander non obſcurè infiuuit hoc praceptum eſſe antiquius, cum dicat: non enim debet, ut a Patribus accepimus et. quibus verbis oſtentit ſe non praepcipe rem antea liberam, ſed docere quid ex anteriori aliquo pracepto fieri neceſſe.

Verius ergo eſt hoc praceptum ab Apolſtolis profluixiſe, quod indicat Florent. afferens Romanam Eccleſiam a beatissimis Apolſtoli, Petro & Paulo edoſam, & reliquas Eccleſias tam Graecas quam Latinas ab initio naſcentis Eccleſia id feruafte, ſcilicet ex obliſione, nam inde deducit Armenos non debere hac in parte a reliquo orbe diſcrepare: Apolſtoli ergo ad imitationem facti Christi Domini iuferunt in calice confeſcando aquam vino permiſſeri.

Ex quo infiert Eccleſian poſſe hanc ceremoniam abrogare; nullo tamen modo, praetextu cuiuscumque neceſſitatis licet priuato ſacrificium offere ſine aqua.

Aduerte 1. aquam vino admiſcenda debere esse naturalem, quia nomine aqua ſolitariè ſumppo ea ſoleſ deſignari, & ita interpretatur vniuerſalis conſuetudo, vnde ut D. Th. reſponſione ad 3. qui aquam roſaceam apponere in calice, peccat, & quidem grauitate.

Aduerte 2. hanc mixtionem non debere fieri in dolio, alioquin poculo profano, ſed in calice, ita enim intelligit conſuetudo Eccleſiae, & can. cum omneſ ciatus declarat. Congruentia eft quod hanc mixtionem fiat per modum ceremonia ſacra, & ſacram habeat ſignificationem, quod non ita conuenit mixtionei facta extra calicem.

Quoad tempus, ſeruanda cuique propria Eccleſiae conſuetudo: quibusdam locis miſetur ſub initium Miſſarum, alijs poſt Euangeliū poſt oblationem panis, infundi etiam debet poſt vinum, & quidem a ſacerdote aut diacono vel ſubdiacono iuxta receptum Eccleſiae morem; nam in Miſſis priuatis ſoleſ, & debet infundi a ſacerdote, ſolembus vero ſoleſ interdum infundi a diacono vel ſubdiacono, p̄miſſa benedictione datā a ſacerdote.

Contra id quod dicitur mixtionem eſſe praecipi ecclesiasticī Obijcitur 1. cap. 24. Conc. Charthag. 3. vbi dicitur in Sacramentis corporis, & ſanguinis Domini nihil aliud offeratur, quā ipſe Dominus tradidit, hoc eft panis, & viuum aqua mixtum; quod repetitur in synodo Trullana can. 32. vbi dicitur a beato Chryſtoſo traditum, vt aqua vino miſcetur, quando ſacrificium peragi oportet, & adiungit: hic ordo diuinus traditus ſeruatur.

Reſpoſitum quorundam ſolutione, Concilium Carthaginense & alia ita loqui, non quod velint Christum praepcile aqua cum vino permixtio-

nem, ſed quod ſuo exemplo citra praceptum trādiderit.

Obijcitur 2. Cypt. qui epift. 63. tenſet hanc mixtionem eſſe pracepti diuini.

Reſpoſitum concedendo, ſed dico probabiliorem eſſe opinionem qua ex Flor. & Trident. & alijs colligitur; præſertim, cum Cyprianus id videatur trādere ex ea perſuafione, qua videtur exiſtimare aque mixtionem eſſe neceſſariam neceſſitate ſacramenti.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum aqua debeat in magna quantitate apponi?

NE GAT. Notandum in Concil. Triburiensi cap. 19. tradi, ut in calice Domini duæ partes sint vini, tertia vero aqua, ſed Concilium hoc Prouinciale eā in parte minùs probatur, nam iuxta Florent. modicissima aqua adhiberi debet, & ſi quidem tanta copia adhibeat, ut vino preualeat, vel illud equeat quod vium, grātie peccatum committitur, cum id obſter valori ſacramenti. Si enim preualeat, ita vinum corrupcitur, ut eius ſubtantia non remaneat; ſi equeat, poculum non potest dici vinum, atque adeo ſacramentum redditur irriuum, idem dicendum ſi miſceatur eā copiā, ut merito poſſit dubitari, num ſubstantia vini remaneat, vel poculum poſſit abſolute dici vium, quia tunc ſacramentum redditur dubium, videri potheſt c. pernicioſus, de celebraſione Miſſarum. modicum igitur aqua eſt adiſcendum, ut ſit extra omne dubium viuū preualere & quantitate & virtute, & quo viuū eſt debilius, eo minùs aqua debet adiuerſeri.

D V B I V M

Vtrum ſi aqua ante confeſcationem non fuerit in viuū conuerta, conuertatur per confeſcationem in ſanguinem?

OMISSES duabus opinionibus quās commēt Cap. Cum morat Innoc. 3. cap. cum Marthā, de celebraſione Miſſarum §. quatuor, quarum una aſſerebat per confeſcationem, calciis viuū quidem conuerti in ſanguinem, aqua vero in phlegma; altera vero aſſerebat aquam retinere ſpeciem & ſubſtantiam propriam.

Dua de praefenti queſtione ſunt Theologorum poſtoſenſentia.

Prior negat poſſe immediatè conuerti in ſanguinem, ſed afferit verti ſolū mediatè, ſi nimili

vini actiuitate in illud mutetur; ita ſentient communis antiqui Scholastici. Aleſius 4. par-

tus diſ. 11. queſt. 6. §. ad ſecondam queſtione; Rich.

Rich. char. eadem diſ. art. 3. queſt. 3. Palud. queſt. 1. art.

6. concluſ. 5. Gab. in can. Miſſa leſtione 35. litera

S. Sotus diſ. 9. queſt. 1. art. 6. §. ut videri, & plures

reſentiores, quorum aliqui existimant eſſe certiſſimā, alij ita loquuntur, ut quodammodo indiſcen-

teretur eſſe aliud ſentire, nam quidam reſentior,

poſtquam huius ſententia arguments in oratione

aula doctoralis proponiſſet, ita cōcludit: nime igitur iudicet, ſi libet: aliud certe iudicare non potheſt;

quād quod credidit, & cuſtodiuit ſemper ſacra Romana

Eccleſia nō aliter aquam in ſanguinem tranſuſtantia

passé, quam si præsuerit in vinum conuersa, sed hæc
videntur minus considerate dicta, cum ex cap.
cum Marthæ citato confest sententiam quam am-
plectitur Innocent. 3, solum ut probabiliorem ab
ille iudicari, similiter Romana Ecclesia semper
quidem credidit, & custodivit quod aqua sola
non consecratur, numquam vero propoluit cre-
dendum aquam vino mixtam non transtire in Chri-
sti sanguinem, si forte ante consecrationem non
fuerit in vinum conuersa, neque ex præcius id
habetur tāquam indubitatum, ut aliquo modo
ex dictis constare poterit.

Posterior sententia asserit aquam cum vino per consecrationem conuerti in sanguinem Christi.

licer forte non fuerit prius in vīnum conuersa,
ita senserunt ante annos quadringentos multi
antiqui Scholastici, quomodo fit mentio in episto-
la cuiusdam Gaufridi apud Baronium, tom. 12.
ad annum 1188. versu finem; cum enim in illa
epistola varie, pugnantibusque inter se de presenti
materia referantur sententiae, quarum una assertio
aqua mutari in sanguinem, nullumque dubium
esse possit, quin aqua vino mixta & per vin
activitatem in illud mutata per consecrationem
converatur in sanguinem, nullo modo potius
controverti de aqua prius in vīnum conuersa se
controversia necessariō in eo fuit posita, num
aqua possit converti in sanguinem per consecra-
tionem, si prius non fuerit in vīnum conuersa, at
que adeo pars affirmatio necessariō ita est acci-
menda, ex quo apparet immereor aliquos ceteros

Nō est no-
stro tēpore
excogitata.

Hugo de S.
Vig.

Tenet
Alanus.
Tolet.
Pefant.

Est publicē 2. circa ultimos art. huius questiōnē in fine, & plus
Romæ de- rimi tum in Hispaniā, tum in Italiā docuerunt, &
fensa. Romæ publicē defenderuntquam ob causam alia
non potest merito dici semper credita, & custo-
dita in Ecclesiā, tūm caret omni probabilitate
propōnendam sententiam in conspectu insu-
sumi Pontificis, & sancta Inquisitionis, iudiciorum
& sensu ipsius Ecclesiā repugnantem; nec etiam
est vlo modo verisimile Baronij loco citatae
candem propugnaturnatur fusse, si precedens effe-
tam certa & incubitata quād asseritur à quibus
dam contraria sententia, candem tanquam pro-
bilem docuit Lessius Louianus sub anno 1589, &
ego ibidem anno 1605. quam postmodum fusse &
docte editit Conink College meus.

Lessius.

Conink

Notandum quidquid sit de ea questione, nūi
aqua possit in vīnum converti virtute ipsius vīni
iudicio tamen peritissimorum Medicorum eam
vt - pote naturæ tenacissime , difficulter in aliis
corpus transmutari. ita vt non possit merito du-
bitari quin possit permisceri vīno etiam in minor
quantitate , & nibilominus aliquādiū falten-
fūam speciem. & naturam retinere.

Resp. & dico videri probabilius aquam mixtam
vino conuentendam in sanguinem per consecra-
tionem, si forte prius non fuerit in vinum con-
uersa.

Probatur 1. ex modis loquendi Patrum; vari
enim ita loquuntur de conversione aquæ permix
te vino in calice, ut nisi quis priori sententia fit
præoccupatus, plane sit iudicaturus eos censere.

aquam in Christi sanguinem conuerti, quamvis forte ante consecrationem non fuerit conuertia in vinum. Iustinus martyr apologia 2, pro Christia- mis in fine: de poculo aqua. *Et rino temperato, si cu-*

*quod nos diaconi dicuntur, dant unicuique eorum qui ad-
sunt percipiendum panem, vimum & aquam, que sum-*

gratia uirum actione consecrata sunt, &c. & infra similes
militie accepta pocula (quod lupra dixerat esse aqua
& vino temperatum) His est sanguis meus, dñe sacrificatur Ambr. lib. 4. de Sacramentis cap. 4 ergo dñi

cisti, quod ex pane corpus fuit Christus, & quod a dñno C.
aqua in calicem missum, sed si sanguis consecratione
verbi tñlefis. & cap. 5. ante verba Christi talix est
in aqua plenus, ubi verba Christi operata fuerint, in

Sanguis efficitur. Damascenus lib. 4. de fide cap. 14.
Similiter & accipiens calicem ex vino & aqua tradidit
illis dicens: labite ex hoc omnes, hic mens est sanguis &
& infra: quia mos hominibus est panem manducare, &

vinum & aquam libere, conjunxit his ipsius suam diu-
tatem, & fecit haec suum corpus & sanguinem, & po-
paucis pars vinique, & aqua per invocationem e-
aduentum Spiritus S. supernatur. dixerat transmutari

*corpus, & sanguinem Christi. Paschalis relatus
Gaufredo epist. citata, lib. de corpore & san-
guine Domini cap. ii, propterea non inconvenient
etiam ob hoc ibidem aqua consecratus, non quod aqua pe-*

maneat, sed verritur in sanguinem. Hildebertus ib
dem relatus: aqua in sanguinem verritur &c. Algeru
sed licet in mensa Domini tria consumantur, sumit am
duo per qua sacrificatur, & aqua mixta prius uno, se

quando sacrificari non nisi sanguis erit, quo anima immaturatur vel ut habetur lib. i. de Sacramentis corporis & sanguinis Dominici cap. 16, cum enim vinum pro Christo, aqua sacrificetur pro populo, & vivimus

*Ex his & similibus Patrum locutionibus, si a
tentè considerentur, non datur aliud intelligi
quam eos existimare aquam conuersi in sanguinem.*

mem, si forte non fuerit prius in vinum conmutata. Primo, quia eodem planè modo loquuntur de mutatione aquæ in sanguinem, quo de mutatione vini, immo quo de mutatione panis in corpus Christi. 2. quia ne verbo quidem levissime indicant aquam prius debere mutari in vinum, quia

possit mutari in Christi sanguinem. 3. quia non
potest nisi contortè explicari, quod dicit Ambrosius
cap. 5. citato: ante verba Christi, talia est vim & dignitas
plenus; ubi verba Christi operata fuerint, ibi san-

Christi efficaciam: quibus verbis satis declarat quod etiam si aqua reperiatur in calice usque ad ipsius sanguinis positionem, tamen per confectionem simul cum vino vertatur in Christi sanguinem.

denique huiusmodi locutionibus volunt docet totum propositum in calice conuersi in Christi sanguinem.

quod scilicet Patres non dicant aquam immediatae conuerti in sanguinem, & proinde eorum dicta possent explicari de conuersione mediata, sensu: aqua quæ in calice miscetur, conuertitur

in vinum, & mediante vino in sanguinem, id minus solidè dici appetet, cùm Patres nunquā huius conuer-

conuer-

conversionis in vinum meminerint, quam si iudicassent necessariam non debuissent prætermittere, ne aliquin erroris occasionem præberent, quia, ut dixi, si modus loquendi illorum attendatur planè ingenerat hunc sensum, quod aqua cum vi-

no ex æquo mutetur in sanguinem per consecrationem, unde ex illorum dictis non minus potest colligi immediata conuersio aquæ in sanguinem, quam conuersio vini.

Confir. neque ex his, neque ex alijs Patribus inquam ostendi poterit quod requirant conuer-

sionem aquæ in vinum, vt illa mutetur in Christi sanguinem, ergo non est quod locutionem, que

plano & obviò sensu sonat immediatam conuer-

sionem aquæ in sanguinem, explicemus de me-

diata, & proinde deducimus, si spectemus locu-

tiones Patrum, verisimilius videri aquam vino

mixtam per consecrationem immediate conuer-

ti in Christi sanguinem, licet forte non fuerit prius

in vinum mutata.

Dices. Patres solùm in genere locutos, quo-

ram proinde locutiones possint verificari per conuer-

sionem mediata: supponunt enim vinum a-

ger, id quod solet, id est, aquam alterate, &

alterando in suam naturam conuertere, quod si non

semper fiat, vel propter maiorem aquæ quantita-

tem, vel ob vini debilitatem, id esse præter in-

ventionem & curam Scriptoris.

Confir. solemus dicere: panis quem edimus &

vinum quod bibimus & cætera quæ sumimus ali-

menta conuertuntur in nostram substantiam,

quam tamen transmutationem constat solùm effe-

mediata, ergo potest commodè dici aquam con-

uersti in Christi sanguinem, quamvis solùm me-

diata conuertatur.

2. Quamvis verba indicant immediata conuer-

sionem, necessariò tamen de mediata ei-

sent explicanda, cùm subiecta materia id requirat.

nam ex Concilijs & Patribus constat materiam

huius Sacramenti esse vinum.

Confir. ex ipsomet Damasceno cap. citato an-

te medium dicente: corpus enim secundum veritatem

conuictum est elinxiratis, quod ex sanctâ virginine corpus

est, non quid ipsum corpus assumptum ex calo descendens,

sed quod ipse panis, & vimum transmutatur in cor-

pus & sanguinem Dei. & infra: non est figura panis, &

vimum, corporis & sanguinis &c.

Ad primum resp. neg. antecedens, & dico Pa-

tres non supponere quod illis tribuitur, cùm lo-

quuntur vniuersalissime & ijs circumstantijs qui-

bus prudenter iudicio non possit supponi aqua in

vinum conuersa, vt patet ex Ambro. nec enim Pa-

tres prudenter debuerunt supponere aut potuerūt

aqua in vinum tam facile conuerti quam alle-

natur à quibusdam, præsertim cùm priscis illis

temporibus plusculum aquæ pesceri soleret, sal-

tem non tam diligenter cauteretur, sicut nunc, vt

modicissima aqua vino adhiberetur, vt potest col-

ligi ex cap. *permisssas*, citato, & clarè patet ex

Concilio Triburensi cap. 19.

Ad confirmationem respondeo nos ita quidem

solerre loqui, sed non solere dicere alimentum &

sanguis conuertuntur in substantiam aliti seu no-

stram, quia scilicet illa loquendi formâ soleret de-

signari àque immediata conuersio vtriusque, seu

quod vnum non conuertatur in tertium mediante

aliò, cui coniungitur, cùm ergo Patres citati con-

junquant vinum & aquam, & eodem modo de vtri

loquuntur, non possunt commodè explicari,

quod velint aquam conuerti in sanguinem me-

diantem vino: nam quamvis hac locutio, vinum, &

aqua conuertuntur in sanguinem Christi, si præ-

cise sumatur non cogat afflere aquam immediata-

tè conuerti in Christi sanguinem, cogit tamen, vt

affleramus non conuerti mediante vino; nisi veli-

mus Patres fuisse valde impropiè locutos, (ad Nihil vir-

quod afflerendum nihil virget) & proinde cùm aqua get dicere

non possit conuerti in Christi sanguinem median-

te alio quā vino, bene deducitur ex huiusmodi locu-

tionibus Patres sentire aquam immediate con-

uersti in sanguinem.

Ad secundum Respondeo negando subiectam

materiam requiretere, vt locutiones Patrum de me-
diata conuersione aqua in sanguinem accipiantur.

Resp. ad se-
cundam.

cum neque ex vlo Conclilio, neque ex vlliis

summi Pontificis decreto, neque ex ipsius Eccle-

siae sensu habeamus aquam vino mixtam non posse

immediata mutari in Christi sanguinem. & li-

cet Scholastici ex quibusdam rationacionibus

id colligerent (quod in sequentibus examinabitur)

non sufficeret, vt diceretur id ex aliquo prin-

cípio theologico debere necessariò affliri, & proinde neque sufficeret, vt affleretur Patrum dicta

in hunc sensum necessariò esse accipienda.

Ex quo sequitur quod Patrum sententia abs-

que vla notâ possint sumi in eo sensu, quem pre

se ferunt, & debeat, nisi contortè accipiatur. ex

quo vltioris deducimus esse conformius Patribus

(quod in hac probatione intendimus) aquam vino

mixtam àque immediata mutari posse in sanguinem, atque vinum.

Nec obstat, quod vinum dicatur esse materia

huius Sacramenti. i. quia plerique, qui ita loquuntur,

solùm intendunt contra Aquarios docere vi-

num necessariò in sacrificio offerendum, non vero

solam aquam, vt Cyprianus epist. 6. ad Cœlium,

Cyprian.

Chrysost. homilia 8. in Matth. & alij. de prefen-

ti verò quæstione nihil omnino tractant.

2. Alij tradunt contra hæreticos vinum con-

uersti in Christi sanguinem, sub singulis eius par-

modi inter-

tibus etiam separatis remanere Christi sanguinē, dit tractare

vt Trident. sess. 13. quod nullo modo intendit præfentem

quidquam de præsenti quæstione determinare, de

quâ, salu fide licet in vtramine partem opinari,

& cùm non soleant Concilia quæstionibus inter-

Scholasticos controuersis se im miscere, sed quan-

do agitur de dogmatibus, soleant contra hæreticos

doctrinam tradere, ex predicto Concilio non

poteſt contra nostram sententiam sumi argumen-

tum, cùm nihil iuuet ad hereticos refutandos,

vtrum aqua mutetur in sanguinem Christi per

consecrationem, an non.

Dices interdum in Concilijs damnari alias

Catholicon sententias.

Resp. ita esse; interdum quidem, quia maxi-

maximam habent affinitatem cum sententijs hære-

ticorum, ita vt his damnatis illæ possint agræ

defendi, & proinde ex consequenti censentur

Interdum in Cœcijs

damnari: interdum vero in seipsis damnari, ad

quem posteriore modum requiritur, vt dam-

nentur in suis terminis, vel equipollentibus, quod indirectè

de præsenti quæstione nullo modo dici potest. ex sententijs

quo sequitur Concilia afferentia vinum esse mate-

riam huius Sacramenti, sanguinem Christi sub

speciebus vini existere post consecrationem, sub-

stantiam vini post illam non remanere, nullo mo-

ndo aduersari nostrâ positioni, & non sequi: nun-

quam illius mentionem faciunt, ergo tacitè cen-

sent aquam non conuerti in Christi sanguinem,

quia, vt dixi, non soleant se his opinabilibus im-

Quidam
per vinum
intelligunt
mixtum ex
moto Ec-
clesia.

61.

Prob. 2. cō-
clusio.

Forma cō-
secrationis
calicis de-
notat con-
tentum in calice
Christi sa-
guinem.

Vasq.

Damasc.

62.

Prob. 3.

misceere, & ex affirmatione alicuius, quod est de fide, non sufficienter concluditur negotio alterius planè dissipati.

3. Aliqui agentes de vino intelligunt vinum permixtum, eo scilicet modo, quo in Ecclesia solet offerri & consecrari in sacrificio; si enim in illo mixta vinum prædominetur (quod ad validam totius consecrationem requiritur) vocatur & communī viu censetur vinum, & de hoc vi-

no intelligitur Damascenus in confirmatione citatus, vt patet ex locis à nobis relatis. nam verba in confirmatione allata recitat post sententiam, quam secundo loco ex eo retulimus.

Probat 2. propositio ex factō Christi; si enim consideremus circumstantias, quibus hoc Sacramentum conficit, facile in eam veniemus sententiam, vt afferamus eum consecrasse aquam vino mixtam, antequam in vinum conuerteretur.

Suppono autem Christum totum id consecrasse, quod erat in calice positum, & quod in eo inveniebatur ante consecrationem, cùm forma id indicet, quæ denotat contentum in calice esse Christi sanguinem; nec illa probabili ratione possumus afferre Christum noluisse proferte verba super totam materiam in calice inuentam, quamvis Vasquez disp. 178. cap. 3. responsione ad 2. contrarium insinuat.

Hoc supposito probatur assumptum, constat ex Patribus & Concilij Christum ante calicis consecrationem aquam vino miscuisse; constat etiam ex liturgia Divi Iacobi & Marti illam mixtionem non diu præcessisse consecrationem; item ex Iustino & alijs videtur patere aquam admixtam fuisse in aliquā quantitate; cùm Iustinus vocet poculum aquā, & vino temperatum, quod visitato modo loquendi minus commodè diceretur, si minimum aqua admixtum fuisse; neque enim scyphus dictet aquā temperatus, si una gutta infundatur, sed si in aliquā quantitate; Damascenus etiam dicat; accipiens calicem ex vino & aqua &c. item: quia mos bonitus est panem manducare, & vinum, & aquam libere, consumit his ipsi sum dimittat. quibus vel bis satis denotat se existimare Christum aquam miscuisse in aliquā quantitate: sed, vt constat ex medicis, aqua non potest tam citò in vinum conuerteri; nec est quod afferamus hanc conuerionem factam per miraculum, cuius nullum appareat vestigium; guttur aqua visque ad consecrationem permanuit in suā naturā, & per consecrationem in Christi sanguinem est conuersa.

Probat 3. ex his qua præscribit Ecclesia, non leviter indicat aquam conuersi in sanguinem, sicut non fuerit prius in vinum conuersa, quod ostendit: nullus potest de industria materia consecrabili apponere materiam non consecrabilem; ergo Ecclesia non potest statuere vt vino apponatur aqua in eā circumstantiā, quā moraliter non conuertatur in vinum, si remanens in sua specie mixta vino non sit consecrabili: Ecclesia autem statuit, vt aqua vino apponatur eā circumstantiā, quā moraliter certum est, vel saltem prudenter præsumi potest non conuertendum in vinum, sed in suā specie remansuram; ergo tacite indicat eam in sua specie remanentem mixtam vino esse consecrabili.

Minor probatur. in Romano Missali, vbi agitur de defectibus vini, præscribitur, vt si post panis consecrationē aduertatur in calice nō esse aquam,

apponatur, & calix consecratur; quo casu prudenter debet præsumi aquam in vinum non conuerti ante consecrationem, cùm ea difficulter in aliud mutetur.

Confir. in pagis sèpē vinum est debile, nec ita magnā quantitate apponitur, vt facilè possit resistentiam aqua superare, eamque in suam naturam transmutare.

Consequentia verò prima argumenti probatur: priuatus admiscentes materiam non consecrabiliem consecrari idcirco grauiter peccat, quia forma designat totum quod est in calice conuerti in Christi sanguinem, atque adeo est graue sacrilegium aliquid de industria apponere, quod in sanguinem verti nequeat; haec autem ratio vim habet etiam respectu Ecclesie statuens, vt materie consecrabili adjungatur non consecrabili, & proinde Ecclesia id non potest statuere; nam sua constitutione moraliter præberet occasionem sa- crilegi.

Confir. materia debet ponni in calice ex intentione, vt consecratur, & in Christi sanguinem conuertatur, alioquin minister grauiter peccaret, stringens suam intentionem ad partem eius quod est in calice; ergo non potest de industria apponere in calice materiam non consecrabilem, & proinde si aqua remanens in suā naturā, & specie non sit consecrabili, non potest apponi ijs circumstantijs, quibus prudenter presumi debet non conuertenda in vinum. Ad hac aliqua responderet Vasquez suprà ad 1. sed non videntur vim argumenti elidere, vt legenti patere potest.

Dices 1. sacerdotem solum intendere in consufo consecrare id, quod est consecrabili.

Repf. id non tollere rationem sacrilegij; sicut enim qui de industria apponent ceruifam cum vinonolens eam consecrare vel intendens in confuso solum consecrare, quod est consecrabile, graue sacrilegium committeret, ita si aqua post mixtionem cum vino remanens in suā specie non sit consecrabili, graue erit sacrilegium illam apponere ijs circumstantijs, quibus debet presumi non posse in vinum conuerti, quamvis intentio solum referatur ad id, quod est consecrabili.

Dices 2. tolli sacrilegium, cum Ecclesia iubet aquam apponi ad imitationem Christi.

Repf. vel aqua, quam Christus miscuit, conuerta est in vinum ante consecrationem, vel non fuit conuersa: sicut dicitur secundum, habemus intentum, cùm nullo modo sit verisimile Christum non consecrare totum quod in calice continetur; si prius dicitur, non potest Ecclesia ex Christi exemplo præcipere, vt apponatur aqua ijs circumstantijs, quibus moraliter certum est non posse conuerti in vinum.

Probat 4. ex modo antiquo procedendi Ecclesiæ: nam olim non videtur tantā diligentia cautum, vt modicissima aqua apponenteretur, vñ omittam Concilium Truburiense, quod cap. 29. permittit, vt tertia pars sit aqua; Honorius 3. episcopus, de celebratione Missarum, reprehendens abusum, qui in certis partibus inoleuerat, vt in sacrificio aqua in maiori quantitate pomeretur, quam vinum, soluit: cum secundum rationabilem consuetudinem Ecclesie generabis, plus in ipso fidice vino, quam de aqua pendendum, quā loquendi formā fatis indicat, habitā ratione quantitatis vini, plusculum aqua olim ponni conuertisse, quæ proinde non potuerit præsumi tam facile &

commu-

communiter prius mutanda in vinum. dicendum ergo est vel Ecclesiam tacitè existimasse aquam per consecrationem converti in sanguinem, quamvis non prius converteretur in vinum, vel certè permisisse passim ponit aquam, quæ nullo modo converti posset in sanguinem, quod non videtur potuisse fieri sine sacrilegio, ut ex dictis patet.

Dices id correcrum per Flor. quod tradit modicissimam aquam apponendam.

Resp. hoc non tollere vim argumenti, quia non potest prudenter dici consuetudinem vniuersalium Ecclesiarum sacrilegium fuisse, & quidem rato tempore: quamvis ergo ad certius varia pericula vanda Concil. Flor. prudenter decreverit, ut aqua modicissima misceatur, dici non potest vniuersalem Ecclesiam ante illud Concilium sacrilegia tamdiu fuisse.

Probatur 5. post consecrationem contentum in calice proponit adorandum adoratione latræ, ut tradit D.Th.hic, Sotus art. 5. citato, Suarez disput. 45. lec. 4. §. 4. sententiam qui cœtra eos, quos reterrit Innoc. 3. cap. cum Marthæ, de celebratione Missarum, inde probat aquam post consecrationem non manere in propriâ naturâ, quia totus calix statim post consecrationem proponitur populo adorandum; ergo supponitur sub omnibus speciebus illius vini mixta non esse aliam substantiam, quam Christum, eiusque sanguinem, vt concludit Suarez suprà ex his autem ita ratio cinatur: sacerdos post consecrationem proponit calicem adorandum etiam his jeſibus, quibus moraliter certum est aquam non fuisse cœversam in vinum ante consecrationem; eo autem caſu nisi dicamus aquam converti in sanguinem, sacerdos erit causa idolatriæ materialis.

Probatur, populus non solum intendit adorare totum quod est in calice adorabile, sed id quod in calice continetur, bonâ fide existimans esse adorabile.

Confir. si proponeretur populo hostia non consecrata, graue sacrilegium committeretur; non ex alio capite, quam quia preberetur illi occasio idolatriæ materialis, eo quod populus ex cōfusâ faltem persuasione, quod hæc hostia sit consecrata, in illam feratur affectu adorationis. idem dicendum, si cum hostiâ cōsecrata proponeretur non cōsecrata. neque enim rūdis populus ita se habet: hoc adorabit adorabile, vel quidquid est ibi adorabile (cum id sit Doctorum) sed ex confusa persuasione, quod id, quod proponitur, sit adorabile, fertur in illud ex affectu adorationis, & proinde si non sit adorabile, atus est materialiter idolatriæ, & quisquis præberet occasionem isti adorationi, est causa idolatriæ materialis; ergo à primo ad ultimum, si aqua his circumstantijs ponatur in calice, quibus non potest converti in vinum, & proinde iuxta priorum sententiam non potest cœverti in sanguinem, qui ponit de industria, vel iubet poni, est causa materialis idolatriæ, & sacrilegium committit.

Nec refert quod interior submissio non respiciat species; quia eo non obstante, si quis proponere hostiam non consecrata, censeretur causa idolatriæ materialis; cum ergo sacerdos proponens populo calicem adorandum, censeretur proponere adorandum id quod est in calice sine vīla distinctione, & populus illud adoret, sequitur eum esse causam materialis idolatriæ, si quid apponat de industria, de quo moraliter constet, quod non possit consecrari.

Ex his omnibus patet speculatio loquendo vi-

deri probabilius aquam ita vino permixtam, vt vinum prædominetur, & totum possit denominari vinum, communis & vistato modo loquèdi, converti per consecrationem in sanguinem, quamvis non fuerit prius in vinum cœversa, ad quod non requiritur vt per minutissimas partes vinum intersecat, nam si vinum prædominetur, totum convertetur in sanguinem, quamvis in illo aggregato partes aquæ inter se remaneant coniunctæ.

Aqua conuerteretur in sanguinem, licet partes aquæ manent inter se coniunctæ.

65.

Sufficit a-
qua gutta
apponere
vt satisfiat
præcepto
Ecclesiæ.

Aduerte tamen, quod quia prior sententia est probabilis, consultissimum sit modicissimam aquam apponere iuxta Flor. & Ecclesiæ consuetudinem; sufficit enim gutta apponere, vt Ecclesiæ præcepto satisfiat. 2. consultissimum sit, vt in vino, quantum fieri potest, puro. 3. sit etiam consultissimum suam intentionem conformare intentioni Ecclesiæ, quod si fiat nullus merito relinquatur locus scrupulis: & quamvis forte suboratur dubitatio, quod aqua non fuerit ante consecrationem in vinum cœversa, atque adeò forte non fuerit cœversa in sanguinem, sacerdos sumens sanguinem, cui forte aliquid non consecratum admixtum est, non cœsetur fregillæ iejunium ante communionem necessarium. vnde si nihil sumperit, potest secundò celebrare ijs casibus, quibus permittitur à iure pluries in die celebrare. quod enim apponitur ex præcepto Ecclesiæ ijs circumstantijs, quibus debet apponi, etiam si non cœvertur in sanguinem, non videatur debere obstat iejunio per Ecclesiæ indicatio, si sumatur per modum vnius potus cum Christi sanguine, quia sanguis sumi debet, nec potest relinquiri id, quod ex præcepto Ecclesiæ appositum forte in aliquo caſu remanet in propriâ substanciali, & sumitur simul cum sanguine.

Quod ap-
ponitur ex
præcepto
Ecclesiæ,
non obstat
iejunio per
Ecclesiæ
indicatio.

66.

Obiectio 1.

Resp.

Contra conclusionem Obiectus 1. quod Conclia nunquam faciant mentionem aquæ tanquam materia huius Sacramenti.

Resp. suprà dictum esse nullam illius mentionem facere, quod nullo modo ad eorum scopum spectaret, vt ostendimus de Trid. cuius scopus fuit contra hæreticos ostendere post cōsecrationem sub speciebus veræ esse corpus Christi, & sanguinem, & nihil prioris substantia remanere. mentionem autem fecit vini, quia illud est indubitate materia cōsecrationis & necessaria de aqua non egit, quia non erat necessarium ad dogma fidei stabilidem, & quia non ignorabat esse controversum, num ea verteretur in sanguinem antequam posset in vinum converti. similiter de ea non egit Flor. quia non faciebat ad instructionem Armenorum. Adde quod licet aliqua Conclia solam vini mentionem faciant, non censeantur aquam admixtam excludere, cuius Patres aliquando mentionem faciunt, nec enim necessè est quodlibet quolibet loco repeti. Certe Conclia Flor. & Trid. non reddere alteram sententiam ita indubitatam, vt ab ea recedere non liceat, vel ex eo patet, quod etiam post Trid. plurimi doctissimi viri nostram sententiam tradidissent, decretis eiusdem Conclilij accurate persensis.

Obiectus 2. cap. cum Marthæ §. quæ finis de celebrazione Missarum, vbi questioni sibi proposita, vtrum aqua cum vino in sanguinem convertatur; respondet Pontifex, plures haec de re esse Scholasticorum sententias: Prima est eorum, qui censem vnum converti in sanguinem, aquam vero converti in aquam, quæ fluxit de latere Christi. Secunda est eorum, qui censem quod aqua cum vino transsubstatiatur in sanguinem, cum in vnum transseat mixta vino, licet Physici contrarium esse.

Obiectio 2.

uerent?

K k 4

uerent; qui aquam à vino per artificium posse afflunt separari. Tertia est afferentium, quod aqua non transit in sanguinem, sed remanet prioris vini accidentibus circumfusa: & addit Pontifex: *verum inter opiniones predictas illa probabilior indicatur, qua afferit aquam in sanguinem transmutari, ex quo loco passim argumentantur prioris sententia Doctores.* Aliqui dicunt Pontificem nullam facere nostræ sententia mentionem, & proinde censere aquam solum converti in sanguinem, cum in vinum prius fuerit conuersa; ea enim est secunda sententia inter relatas à Pontifice. Alij dicunt Pontificem ita approbare secundam opinionem, ut non planè improbet tertiam. (de qua dixerat: *preferre dici potest*) & velle, quod quando aqua in vinum est mutata conuertatur in sanguinem, vt vult secunda sententia: si vero non mutetur in vinum, non conuertatur, vt vult tertia. Sed in primis satis constat tertiam sententiam apud Innoc. sumi, prout repugnat secunda, & cum eiusdem exclusione intelligitur, & proinde non posse coniungi secunda, quasi Pontifex vnicam sententiam sub disiunctione ex his confici existimauerit.

Resp. igitur ad argumentum, Pontificis respondentem nullo modo nobis aduersari: vel enim Pontifex nullæ nostræ opinionis mentionem fecit, vel tacite eius meminit: si nullam eius mentionem fecit, resolutione nullo modo facit contra nos, cum solum approbet unam ex relatis, quatenus aliae relatae ei aduersantur; nostra autem, quæ dicit, aqua conuertitur in sanguinem, etiam si non fuerit prius in vinum conuersa, non aduersatur illi: aqua transubstantiatur in sanguinem cum in vinum transeat mixta vino; utrumque enim verum esse potest: si vero tacitam nostræ sententia mentionem faciat, non potest dici in alia sententia illa insinuare, quam in secundâ ibi: *littera Physici contrarium afferetur &c.* & proinde potius nostræ sententia faverit, cum enim ita secundam sententiam reculisset: alijs vero dicunt, quod aqua cum vino transubstantiatur in sanguinem, cum in vinum transeat mixta vino, littera Physici contrarium affererent, qui aquam à vino per artificium posse afferunt separari; illam absolute iudicari probabilem, siue transeat in vinum, siue iuxta opinionem Medicorum in illud non conuertatur.

Probatur, nisi hoc sensu & etiam suppositâ Medicorum sententiâ illam approbat, non deberet generaliter dicere: illa probabilitas indicatur, quæ afferit aquam cum vino in sanguinem transmutari, sed addere deberet, cum in vinum transeat; & deberet certo casu tertiam approbare, cum constet aquam in calice mixtam vino varijs casibus non mutari in illud ante consecrationem.

Confir. illa sententia: aqua mixta vino conuertitur in sanguinem quando prius in vinum est conuersa, non tantum est probabilis, sed certa & dogma Ecclesia, & proinde si Pontifex suam respondentem ita intellexisset, non solum, ut probabilem debuit esse Ecclesia proponere, sed ut minime certam, de quâ saluâ fide, dubitare non licet: cum ergo sententiam, quam approbat, solum inducit esse probabilem, eamque opponat non solum prima, sed etiam tertia, dicendum videtur quod Pontifex eam intelligat absolutè, seu etiam admissâ suppositione Medicorum, quod aqua in vinum conuersa non soleat.

Confir. quia alioquin diminuta esset Pontificis responsio, cum non tantum queri possit, an aqua transubstantietur in sanguinem, quando prius in vinum vertitur, sed etiam, quando non fuit prius

conuersa; immò is videatur fuisse sensus querentis, cum non potuerit dubitare, num aqua in vinum conuersa potuerit per consecrationem converti in Christi sanguinem. ergo Pontifex videtur voluisse suam responsonem intelligere etiam quod casu non fuerit conuersa.

Sed his videtur obstat quod idem Innocentius postquam hanc questionem proposuisset cap. 19. libri 4. de Sacramento altaris cap. 31. dicat: *quod si dam vero non al surdum videatur quod aqua cum vino per admixtionem transit in vimum, & vino per consecrationem transit in sanguinem; quis enim ambigat aquam in vimum transire, cum multo vino medicum infundita aqua?*

Resp. non obstat, quia Innocentius eo loco solum ponit modum certum, quo aqua in sanguinem conuertatur, de alio ibi nihil decernens, praesertim quod id sufficeret ad redargandam opinionem afferentium quod aqua mixta vino per consecrationem conuertetur in phlegma, quam opinionem tum cap. 31. citato, tum alibi traditam.

Obiectum 3. D. Th. tum hic, art. 8. tum in 4. dist. 11. quæst. 2. art. 4. quæst. 1. ad 2. qui docet aquam debere prius conuerti in vinum, vt conuertatur in sanguinem.

Resp. D. Th. docere quidem aquam conuersam in vinum conuerti in sanguinem, non tamen negare conuerti, si non fuerit prius in vinum conuerta, vt pater ex utroque loco, vbi non videtur facere mentionem status nostræ questionis.

Obiectum 4. quod mixtio aquæ cum vino solum pertineat ad quandam ceremoniam, vt scilicet repræsentetur Christi factum, & alias ob causas quas referunt Flor. Trid. & passim authores; ergo non conuertitur immediatè in sanguinem.

Resp. neg. consequentiam; nam licet Ecclesia propter causas relatas iubeat aquam vino misericitria necessitatem Sacramenti, facta tamen mixtione bene potest verti in sanguinem, sicut videtur à Christo immediate conuerta.

Obiectum 5. si aqua mixta vino conuertatur, eius species seorsim existentes remaneant consecrata, quod videtur absurdum. Sequela probatur, quia consecratio non deperditur, ed quod id, quod est consecratum, separatur ab alio.

Resp. i. neg. consequentiam, quia dici potest, quod quemadmodum aqua sola non potest consecrari, sed vt sit materia consecrabili, requiritur, ut possit denominari vinum, atque vt in toto vino prædominetur, ita dici potest, vt species aquæ remaneant consecrata, requiri, vt illæ remaneant connexæ vini speciebus, atque adeò vt remaneant vini species, ex quo patet responsio ad probacionem consequentia, quod scilicet quemadmodum aqua dependeret à connexione cum vino, vt sit materia consecrabili, ita illius species dependant à speciebus vini, vt remaneant consecrata.

Potest ratiōne 2. responderi concedendo sequelam, neque id videri absurdum cum minus requiratur, vt aliquid perseveret, quam vt primò ponatur, vt patet etiam in hæ materia, probabile enim est particularum vini consecrati seorsim existentem sub statu insensibili non perdere suam consecrationem, cum tamen omnium iudicio sub eostatu consecrari non posset, si quis ergo ægrè iudicet consecrationem deperi propter separationem specierum aquæ à speciebus vini, nihil absurdum dicet, si afferat in eo statu posse perseverare consecrationem antea factam, quamvis primò fieri non posset.

Aduerte

Aduerte propter dubium, num sub speciebus aquæ separatis remaneret Christi sanguis, si conseraret species aquæ scorsim à speciebus vini consecrati existere, debere cum omni reverentia tractari, vel eas sumendo immediate post Christi sanguinem, vel decenti loco reponendo, donec corrumpantur.

Obijicitur 6. aqua non est de necessitate Sacramenti, vt constat; ergo non potest immediatè converti in Christi sanguinem; si enim non sit de necessitate Sacramenti, ergo est libera; est autem in auditum esse materiam liberam in Sacramentis, preterquam in penitentia. Confir. Ecclesia non potest constituere materiam Sacramenti, cum ergo aqua solo præcepto ecclesiastico admisceatur vino, non erit materia ex qua huius Sacramenti, si in naturâ suâ perseveret.

Relp. concedendo non esse de necessitate Sacramenti, & proinde esse materiam liberam hoc sensu, quod fine illâ hoc Sacramentum in solo vino perfici possit; cum quo tamen dico cōsistere, quod in vino ita permisceatur, ut totum aggregatum communii vnu sit & dicatur vinum, possit in sanguinem converti, quamvis non fuerit prius in vnum conversa; & quamvis nihil simile in alijs Sacramentis inueniatur, non debet mirum censer, si probabilis huius rei ratio possit assignari. Singula Sacramenta pone aliquid habent singulare; quid ego mirum si dicatur in hoc Sacramento aquam non esse quidem materiam necessariam Sacramenti (quod ex sensu Ecclesie constat) si tamen vino adhibeat, ita ut vinum prædominetur, posse consecrari, idque colligi ex Christi facto, qui iuxta sensum Ecclesie & Patrum aquam vino in calice miscetur, & vt videtur probabilius, consecrari antequam in vnum esset conversa; quamvis ego noluerit, eam necessariò adhiberi ad valorem Sacramenti, constituit tamen, ut si adhiberetur, vnu posset in sanguinem, licet forte non efficiueria in vnum, vbi.

Notanda differentia inter peccatum veniale quod dicitur materia libera penitentia, & aquam, quod licet peccatum veniale non sit peccarium sub iudicium clauibus (de quo alibi) si tamen etiam sine peccato mortali subiiciatur, possit impendi abolutione, vt ex vnu & sensu Ecclesie constat, cuius ratio est quod si Dei offensa, qua per absolutionem non potest remitti, aqua vero non possit sola consecrari, sed mixta vino, & quidem eo modo, ut vnu prædominetur, & totum denominetur vnu.

Ad confit. respondeo quod aqua mixta vino simul cum illo vertatur in sanguinem, non habere ex eo quod præcepto ecclesiastico vino debeat adiungi, sed ex eo quod Christus ita videatur constituisse, vt quando miscetur vino, per consecrationem convertatur in sanguinem, siue prius siue convertatur in vnum, siue non. Ecclesia ergo suo sacramento non constituit illam materiam, sed solum obligavit ut miscetur, quæ debite mixta vertatur in sanguinem, nam Christus illam cōsecrans videbat suo facto instituisse, vt quandocumque debet apponetur simul cum vino, cum eo convertetur posset in sanguinem.

QVÆSTIO LXXV.

De conversione panis & vini
in corpus & sanguinem
Christi.

ARTICULUS I.

Vtrum in hoc Sacramento sit corpus Christi secundum veritatem?



AFFIRMAT. Probatq[ue] tum Patrum authoritatem, tum congruentij. Prima est, quod id conueniat perfectioni nouæ legis, ut scilicet veritas quæ in lege antiqua varijs figuris fuit adumbrata, in hoc mysterio exhiberetur. Secunda est, quod id conueniat charitati Christi, ut scilicet nos sibi realiter coniungat in hoc Sacramento. Tertia quod conueniat nostra perfectioni, quemadmodum enim per Incarnationem nobis est proposta diuinitas latens sub humanitate, ita decuit perfectionem spiritus nostri, ut per mysterium Eucharistie humanitas nobis proponeretur latens sub speciebus, idem intellige de sanguine.

DUBIVM.

Vtrum in Eucharistie Sacramento sub speciebus panis et vini Christi corpus & sanguis vere & realiter continetur.

IAM ab annis octingentis vatis circa realem presentiam Christi in Eucharistia errarunt heretici, nam quidam Ioannes Scotus circa annum Domini 800. de veritate corporis Christi in Eucharistia cœpit dubitare; cuius errorem damnatum fuisse in Concilio Vercellensi sub Leone 9; scribit Lanfrancus lib. de Eucharistia Sacramento contra Berengarium, habet tomo 6. Bibliotheca sancta. Huc errorem resuscitauit, & propagauit Berengarius Archidiaconus Andegauensis, ita ut licet non fuerit primus istius erroris author, ei tamen tanquam primario tribuatur, quod eum primus aperte propugnari: cōtra quem scriperunt Lanfrancus, Guitmundus, Algerus (opera habent tomo 6. Bibliotheca sancta) de quibus Petrus Cluniacensis epist. seu tractatu contra Petrobruanos cap. cuius titulus, *Contra id quod dicitur missam nihil esse nec celebrari debere, ita scribitur: horum primus, de veritate corporis & sanguinis Christi, que Sacramentorum relamine regitur, bene, plene, perfecte; sequens melius, plenus, perfectius; ultimus opime, plenissime, perfectissime, difformit. Eundemque errorum dammarunt predictum Concil. Vercellense sub Leone 9.* Tironense sub Victore 2. in quo Berengarius errorum suum reuocauit, de qua Guitmundus lib. 3. de Sacramento altaris; Romanum sub Nicolao 2. in quo tertio eundem errorum reuocauit, videri potest canon. ego Berengarius, de consecratione, diff. 2. & alterum Romanum sub Gregorio 7. in quo iterum reuocauit heresim, in quam sibi post reuocationem

Varij hereticorum ex
tores.
Quidam
Ioan. Scot.
condamna-
tus in Con-
cil. Vercelli.

Berengarius
dicitur pri-
mus eius
erroris Au-
tor.

Can. Ego
Berengarius.